**guttur**, ŭris, *n.* (als *masc.*, im *Acc.* gutturem, Nov. 118. Plaut. Mil. gl. 3, 2, 22. Trin. 4, 3, 7. Aul. 2, 4 od. 3, 1, 25. u. vgl. Prisc. p. 155, 21. 169, 20; im Genit. u, Quint. 1, 6, 22), die Gurgel, Kehle, bei Vögeln auch: der Kropf, 1) v. Menschen, a) eig.: arteria dura et cartilaginosa in gutture assurgit, und: circa guttur venae grandes, Cels. 4, 1. si una parte procidit, concutiendum mentum et ad guttur adducendum est, 8, 12; vox - rauco de gutture fertur, Ov. M. 2, 483. u. vgl.: affixum pectori mentum minus claram et quasi latiorem presso gutture facit, Quint. 11, 3, 82. centeno gutture niti, Pers. 5, 6; quem (amnem) quicumque parum moderato gutture traxit, cet., Ov. M. 15, 330. gutture sulfureas lente exhalante mephites, Pers. 3, 99. liquido cum plasmate guttur mobile collueris, 1, 17. sitis arida guttur urit, Ov. M. 11, 129. u. vgl. Sen. Thyest. 152. Ov. M. 8, 826. gutture et arteriis (id est aspera arteria) exulceratis, Cels. 4, 11 (5). quis tumidum guttur miratur in Alpibus? Juv. 13, 162. vgl. mit: vario genere aquarum iuxta Alpes infestante guttura hominum, Plin. 37, 3 (11), 44. und: guttur homini tantum et subus intumescit aquarum quae potantur plerumque vitio, 11, 37 (68), 179. Aequiculis - est genus aquae, quam qui bibunt, efficiuntur turgidis gutturibus, Vitr. 8, 3; — frustraque vincla gutturi innectes tuo, Hor. Epod. 17, 72. hic Cacum - corripit in nodum conplexus et angit inhaerens elisos oculos et siccum sanguine guttur, Virg. A. 8, 259. parentis olim si quis impia manu senile guttur fregerit, Hor. Epod. 3, 2. hic laqueo fauces elisaque guttura fregit, Lucan. 2, 154. u. vgl. Sen. Phoen. 161. in medio barbari gutture ita fixit (hastam), ut per cervicem emineret, Curt. 7, 19 (4), 36. vocem animamque rapit traiecto gutture, Virg. A. 10, 348. haesit enim sub gutture volnus, 7, 533; auch: Sergiolus iam radere guttur coeperat, Juv. 6, 105; — im Plur.: volucres, non quae Phineïa mensis guttura fraudabant, Ov. Fast. 6, 132. laqueoque animosa ligavit guttura, M. 6, 134. ad mentum lingua mentoque ad guttura fixo, 12, 458. — b) im obscönen Sinne: etiamne obturat inferiorem gutturem, ne quid animae forte amittat dormiens? Ggstz.: follem sibi obstringit ob gulam, Plaut. Aul. 2, 4 od. 3, 1, 25. — c) in Bezug auf Schlemmerei (wie gula): rarum ac memorabile magni gutturis exemplum, Juv. 2, 114. — 2) v. Thieren: nulla canoro gutture cantat avis, Calp. 11, 40. passimque vagantes dulce sonant tenui gutture carmen aves, Tibull. 1, 3, 59. haud modicos tremulo fundens e gutture cantus (fulix), Cic. poët. Div. 1, 8, 14. querulo possem gutture moestum fundere murmur, Sen. Oct. 926. liquidas corvi presso ter gutture voces aut quater ingeminant, Virg. G. 1, 410. ovantes gutture corvi, 1, 423; — habeo usto tauri gutture raptas (flammas), Sen. Med. 831. et plenum poto sanguine guttur habent, Ov. Fast. 6, 138. effossos oculos voret atro gutture corvus, Catull. 108, 5. singuli tentandi (pulli gallinarum), ne quid hesterni habeant in gutture, Col. 8, 5, 17. u. so 8, 7, 3; — im Plur.: ostendens spatiosum in guttura mergum, Ov. M. 11, 753. tria guttura pandens (Cerberus), Virg. A. 6, 421. pectora sic intus clausas volventia flammas gutturaque usta sonant, Ov. M. 7, 109. tumida tenerā guttura elidens manu, Sen. Herc. fur. 221. cuius (lanigeri) ut Haemonio marcentia guttura cultro fodit, Ov. M. 7, 314. ante tuos (d. i. Veneris) guttura (columbae) secta focos, Prop. 5 (4), 5, 66.

**gutturnium**, vas ex quo aqua in manus, ab eo, quod propter oris angustias guttatim fluat, PDiac. p. 98, 13. vgl. mit: cuturnium vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur, p. 51, 1.

**guttŭrōsus**, a, um (guttur), mit einem Kropfe behaftet, Ulp. Dig. 21, 1, 12. Schol. Juv. 13, 162.

**guttus** od. **gutus**, i, *m.* (gutta), ein Gefäß mit engem Halse, um e. Flüssigkeit tropfenweise auslaufen zu lassen, vgl.: qui vinum dabant ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt, Varr. LL. 5, 124; cum patera guttus, Hor. Sat. 1, 6, 118. pleno componit lintea guto, Juv. 3, 263. u. vgl. 11, 158. gutum Samium ore tenus inprudens inanem, tamquam si inesset oleum, adfert, Gell. 17, 8, 5. se ex praeda nihil attigisse praeter guttum faginum quo sacrificaret, Plin. 16, 38 (73), 185. guttus corneus, Ueberschr. bei Mart. 14, 52.

**gymnas**, ădis, *f.* (γυμνάς), die Uebung im Ringen, Ringübung, hic tibi festa gymnas, et insontes iuvenum sine caestibus irae annua veloci peragunt certamina lustro, Stat. Silv. 3, 1, 43. lubrica ponit membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux, Silv. 4, 2, 47. Herculeā turpatus gymnade vultus amnis (i. e. Achelous), Theb. 4, 106. nunc mastigophoris oleoque et gymnadis arte unctis pugilibus miles pugnabat Etruscus, Prud. in Symm. 2, 517; im Plur.:

neve exercere protervas gymnadas aut lustris nemorum concede vagari, Stat. Achill. 1, 357.

**gymnasiarchus**, i, *m.* (γυμνασίαρχος), der **Vorsteher eines Gymnasiums** (= gymnasii praefectus, Plaut. Bacch. 3, 3, 23), Demetrius g., Cic. II. Verr. 4, 42, 92. Taxillo - gymnasiarcho (Dat.), VMax. 9, 10. Ext. 2. u. so im Abl., 9, 12. Ext. 7. gymnasiarchorum virga, Apoll. Sid. Ep. 2, 2.

**gymnăsium** od. **gumnăsium**, ii, *n.* (γυμνάσιον), ein öffentlicher Raum od. e. öffentl. Gebäude mit Säulengängen, in welchem Leibesübungen von der Jugend veranstaltet wurden, welche in Ballspiel, Schwingen von Stangen u. Bleigewichten, Werfen des Discus, Ringen, Laufen u. Springen bestanden (vgl.: ibi cursu luctando disco hasta pugilatu pila saliundo sese exercebant, Plaut. Bacch. 3, 3, 24 sq.), während ältere Leute sich einer gestatio zu Pferd, zu Wagen oder in der Sänfte bedienten, **Uebungsplatz, Ringplatz, Tummelplatz, Gymnasium**, a) eig., neben anderen öffentlichen Plätzen u. Gebäuden vgl.: omnis plateas perreptavi, gymnasia et myropolia, aput emporium atque in macello, in palaestra atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, aput omnis aedis sacras, Plaut. Amph. 4, 1, 3 sqq. per urbem sum defessus quaerere, per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro, per myropolia et lanienas, circumque argentarias, Epid. 2, 2, 13 sqq. abero foro, palaestra, stadio et gymnasiis? Catull. 63, 60. deerant remi: porticus, gymnasia, publica aedificia detegebant, Auct. BAl. 13, 2. quod facere magnas urbes ingressi solemus, ut primum sacras aedes et dicata numini summo delubra visamus, tum fora atque gymnasia et pro suis extenta porticibus ambulacra miremur, ita cet., Pacat. 21, 1. dominum et in balneas et gymnasium sequitur, Varr. RR. 1, 55, 4. multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae, sed mage virginei tot bona gymnasii, Prop. 4, 13 (3, 14), 1. Graiis dilecta iuventus gymnasiis aderit studioque ignava palaestrae, Lucan. 7, 270. cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, libellis eum palaestraeque operam dare, Liv. 29, 19, 12. quae tibi palaestrae gymnasiique videbuntur esse, Cic. Att. 1, 10, 3. u. vgl. oben neben palaestra b. Plaut. u. Catull. u. unten b. Plaut.; — aulam omnem Spartanis gymnasiis duriorem, laboris, patientiae, frugalitatis exemplis abundantem (quum videret), Pacat. 13, 4. Laodiciae in gymnasio, a quodam Leptine est interfectus, Cic. Phil. 9, 2, 4. publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur - sepultus est, Nep. Timol. 5, 4. hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est, Plin. Ep. 2, 17, 7; — dedicatum g. a Nerone, Suet. Ner. 12. ante solem nisi [tu] exorientem in palaestram veneras, hau mediocris gumnasi praefecto poenas penderes, Plaut. Bacch. 3, 3, 22. operam gymnasio dedit pallioque et crepidis usus, VMax. 3, 6, 1. gymnasiis indulgent Graeculi, Plin. Ep. 10, 40 (49), 2. g. plenum pueris, Quint. 2, 8, 3. ego gymnasi fui flos, ego eram decus olei, Catull. 63, 64. assueta gymnasiis et oleo corpora, Quint. 11, 3, 26. u. vgl.: usum eius (olei) ad luxuriam vertere Graeci - in gymnasiis publicando, Plin. 15, 4 (5), 19. u. in gymnasiis quoque conditior (oleum) odoribus, sed vilissimis, 15, 7 (7), 29. sordes ex gymnasio, Cels. 5, 11. u. 15. u. vgl.: quin et sordis hominis in magnis fecere remediis quaestuosorum gymnasia Graecorum, quippe ea strigmenta (die aus Oel u. Schweiß bestehenden Abschabsel) molliunt, calefaciunt cet., Plin. 28, 4 (13), 50. u. immo etiam ipsos gymnasiorum rasēre parietes, et illae quoque sordes excalfactoriam vim habere dicuntur, cet., §. 52. u. notum est magistratus honoris eius (der Gymnasien) octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse, 15, 4 (5), 19. in g. progressus certantes athletas - spectavit, Suet. Ner. 40. — b) insbes. von Grammatikern, Rhetoren u. Philosophen benutzt: qui primum palaestram et sedes et porticus etiam ipsos Graecos exercitationis et delectationis causa, non disputationis, invenisse arbitror: nam et saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt, et hoc ipso tempore, quum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire quam philosophum malunt, qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt, Cic. dOr. 2, 5, 21. studia sapientiae non iam in actu suo atque in hac fori luce versantur, sed in porticus et in gymnasia primum, mox in conventus scholarum recesserunt, Quint. 12, 2, 8. omnia gymnasia atque omnes philosophorum scholae, Cic. dOr. 1, 13, 56. quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, Parad. prooem. 3. in quo (loco) porticus haec ipsa - et palaestra et tot locis sessiones gymnasiorum et Graecarum disputationum memoriam quodammodo commovent, dOr. 3, 5, 20. non quidem gymnasia sectatur aut porticus nec disputationibus longis aliorum otium suumque delectat, Plin. Ep. 1, 22, 6. iam ego coeperam ephebum in g. deducere, Petron. 85, 3. gymnasia interdum obambulans, Suet. Tib. 11. u. vgl. Juv. 3, 115; — nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiae locum (in Athen) delegimus ibique eum combussimus, Sulpic. b. Cic. Fam. 4, 12, 3. u. vgl. Fin. 5, 1, 1. longe Academiae illi ac Lycio tuum hoc suburbanum g. anteponam, dOr. 1, 21, 98. u. vgl. quum ambulandi causa in Lycium venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est): perlegi, inquit, ille cet., Div. 1, 5, 8. im Ggstz. zu dem tiefer liegenden Gymnasium, welches sich Cicero auf seinem Tusculanum unter dem Namen Academia hatte anlegen lassen, Tusc. 2, 3, 9. — c) in kom. Uebertragung: totus doleo atque oppido perii, ita me iste habuit senex gymnasium, als Tummelplatz, auf dem man sich im Prügeln übt, Plaut. Aul. 3, 1, 5. gumnasium flagri salveto, As. 2, 2, 31.

**gymnasticus**, a, um (γυμναστικός), **gymnastisch**, pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus, Plaut. Rud. 2, 1, 7. u. zweifelh.: arte gymnastica, Mostell. 1, 2, 72.

**gymnicus**, a, um (γυμνικός), **gymnisch, gymnastisch**, apud quos eorum ludorum, qui gymnici

nominantur, magnus honos sit, Cic. Tusc. 2, 26, 62. u. so: ludi, Treb. Poll. Gallien. duob. 3. u. absol.: Hygin. f. 273; praeceptor certaminis gymnici, Sen. dlra 2, 14, 3. u. so: certamen, Suet. Aug. 98. Ner. 12. Dom. 4. Mel. 2, 3, 4. u. certamina g., Suet. Ner. 53. g. agon, Plin. Ep. 4, 22, 1.

**gymnŏsŏphistae**, arum, *m.* (γυμνοσοφισταί), **nackte Weise**, die Brahmanen in Indien, vgl.: philosophos eorum (der Inder), quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus harenis toto die alternis pedibus insistere, Plin. 7, 2 (2), 22. u. darnach Solin. 52, 25; genannt bei Apul. Flor. 2, 15. Tert. Apol. 42. Prud. Hamart. 492. Aug. Civ. dei 14, 17., auch in Aegypten, Aug. Ep. 107. n. 8; von ihnen: in ea tamen gente (der Inder) primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore, quumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu aduruntur, Cic. Tusc. 5, 27, 77. u. so VMax. 3, 3. Ext. 6. und: unum agreste et horridum genus est, quod sapientes vocant: apud hos occupare fati diem pulchrum, et vivos se cremari iubent, quibus aut segnis aut incommoda valetudo est: expectatam mortem pro dedecore vitae habent, Curt. 8, 33 (9), 31 sq.

**gўnaecēum**, ēi od. **gўnaecīum**, ii, *n.* (γυναικεῖον) das **Gemach** (die Gemächer) **der Frauen**, im inneren von der Straße abgewendeten Theil des griechischen Hauses, Ter. Phorm. 5, 6, 22. Cic. Phil. 2, 37, 95., in der römischen Kaiserzeit ein Local, in welchem Frauen spannen und webten, bes. für den Bedarf des kaiserlichen Hauses, auch als Serail benutzt, Veg. r. mil. 1, 7. Lact. mort. persec. 21. u. im Cod. Just. Daher: **gўnaeciārius**, ii, *m.* u. **gўnaecīus**, ii, *m.*, der Aufseher dieses Serails, JCt.

**gўnaecōnītis**, *f.* (γυναικωνῖτις), das **Gemach** (die Gemächer) **der Frauen**, neque sedet (uxor) nisi in interiore parte aedium, quae g. appellatur: quo nemo accedit nisi propinqua cognatione coniunctus, Nep. prooem. §. 7. Der innere Hofraum der vornehmen griechischen Häuser hatte dem Eingange gegenüber und zu beiden Seiten Säulengänge. In his locis (dem Eingang gegenüber) introrsus constituuntur oeci magni, in quibus matres familiarum cum lanificiis habent sessiones. In prostadis autem dextra ac sinistra (zu Rechten u. Linken des viereckigen Hofraumes) cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellae familiaricae constituuntur. Haec pars aedificii gynaeconitis appellatur, Vitr. 6, 10.

**gypseus**, a, um (gypsum), 1) **aus Gyps gemacht**, tres Victoriae gypseae, Gypsfiguren der V., Spart. Sev. 22. — 2) **übergypst**, facies, Hieron. Ep. 38. n. 3.

**gypso**, ātum, āre (gypsum), **mit Gyps überziehen, übergypsen**, opercula gypsare, Col. 12, 39, 2. eamque (lagenam) protinus gypsabis, 12, 41. purgatum diligenter vinum gypsabis, 12, 36. vas picari et gypsari facies, Apic. 1, 17. vas fictile novum picatum idque gypsatum alte suspenditur, Col. 12, 42, 3. quae (vasa) repleta cum confestim gypsata sunt, 2, 10, 16. vasa nova sine pice operculata et gypsata, 12, 16, 2. picatis et gypsatis vasculis claudes (grana), Veg. 4, 10, 10. ea portione repletam lagenam gypsatamque cet., Col. 12, 12, 2. amphorae vitreae diligenter gypsatae, Petron. 34, 6; — quem saepe coëgit barbara gypsatos ferre catasta pedes, die zum Verkauf ausgestellten Sclaven wurden, wenn sie über das Meer gebracht waren, an den Füßen mit Kreide bestrichen, Tibull. 2, 3, 59. quibus (matronis) illa (Medea) manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria, Schauspieler, welche Frauenrollen zu geben hatten, pflegten sich Arme u. Hände weiß anzustreichen, Cic. Fam. 7, 6, 1.

**gypsŏplastes**, ae, *m.* (γυψοπλάστης), ein **Gypsarbeiter, Stuccaturarbeiter**, Cassiod. Var. 7, 5.

**gypsum**, i, *n.* (γύψος), der **Gyps** (eine vitriolsaure Kalkgattung), cognata calci res gypsum est. Plura eius genera: nam et e lapide coquitur, ut in Syria ac Thuriis, et e terra foditur (als Gypserde), ut in Cypro ac Perrhaebia, e summa tellure et Tymphaicum est. Qui coquitur lapis non dissimilis alabastritae esse debet aut marmoroso: in Syria durissimos ad id eligunt cocuntque cum fimo bubulo, ut celerius urantur. Omnium autem optimum fieri compertum est e lapide speculari squamamve talem habente. Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit (vgl.: gypsum sub humore constringitur, Sen. NQ. 3, 25, 1), tamen rursus tundi et in farinam resolvi patitur. Usus gypsi in albariis, sigillis aedificiorum et coronis gratissimus (vgl.: plena omnia gypso Chrysippi invenias, Juv. 2, 4), Plin. 36, 24 (59), 182. — Gebrauch des Gypses in technischer und medicinischer Beziehung: opercula picata imponito et gypso linito, Col. 12, 16, 4. post hoc opercula superponi et oblini crasso gypso, 12, 44, 6. gypso oblitus cadus, Plin. 20, 9 (39), 98. mala - crustant gypso vel cera, 15, 17 (18), 64. u. die Bereitung desselben vgl. Cato RR. 39, 1; — si in sextarios VII. musti heminam gypsi miscueris, Col. 12, 26, 2. u. vgl. Pallad. 11, 14, 11. tantundem gypsi floris miscemus, quantum salis adieceramus, Col. 12, 21, 3. u. vgl. 12, 20, 8. 12, 44, 4. Africa gypso mitigat asperitatem (vini), Plin. 14, 19 (24), 120. marmore et gypso aut calce condita (vina) quis non et validus paverit? 23, 1 (24), 45; — Graecia pro Cimolia Tymphaico utitur gypso (ad poliendas vestes), 35, 17 (57), 198; — a robigine vindicatur (ferrum) cerussa et gypso et liquida pice, 34, 15 (43), 149; — hominis autem imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit ceraque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius, 35, 12 (44), 153; — creta Cimolia, gypsum, melinum cet. (simul reprimit et refrigerat), Cels. 2, 33. u. vgl. 3, 19.

**gyrīnus**, i, *m.* (γυρῖνος), die **Kaulquappe**, pariunt (ranae) minumas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum et cauda insignes, Plin. 9, 51 (74), 159.

**gȳro**, ātum, āre (gyrus), drehen, in illa parte capitis, ubi vitium remansit, difficile se gyrabit (iumentum), Veg. 3, 5, 2; metatus est eam (Alexandriam) Dinochares architectus — XV M passum laxitate insessa ad effigiem Macedonicae chlamydis orbe gyrato laciniosam, dextra laevaque anguloso procursu, Plin. 5, 10 (11), 62.

**gȳrus**, i, *m.* (γῦρος), der **Kreis**, 1) den Lebende bilden, und zwar von Vögeln: vivit edax vultur ducensque per aëra gyros milvus, Ov. Am. 2, 6, 33. flectitur in gyrum (milvus), M. 2, 718; von Fischen: omni piscis exsultat freto agitatque gyros, Sen. Ag. 451; v. Schlangen: dixerat haec, adytis cum lubricus anguis ab imis septem ingens gyros, septena volumina traxit, Virg. A. 8, 54. u. vgl. Stat. Theb. 10, 601; von e. Fuchs: et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti, Ov. M. 7, 784; in Bezug auf Pferde: in gyros ire coactus equus, AA. 3, 384. pars arcu invigilant, domitat pars verbere anhelum cornipedem in gyros, Sil. 4, 18. carpere - gyrum incipiat gradibusque sonare compositis, Virg. G. 3, 191. curvo brevius convertere gyro (equum), Tibull. 4, 1, 94. maiore secat spatia extera gyro, Grat. Cyn. 225. nec variare gyros in morem nostrum docentur, Tac. G. 6. optima gens flexis in gyrum Sequana fraenis, Lucan. 1, 425; in Bezug auf Menschen: ut Triviam - dulcis amor gyro devocet aerio, Catull. 66, 5. iactari volubilibus gyris (v. Frauen), Amm. 14, 6, 20. eludit gyro interior sequiturque sequentem (Camilla), Virg. A. 11, 695. aut illi dextros lunatis flexibus orbes, aut illi laevos sinuant in cornua gyros, Sil. 4, 317. gyroque per orbem artato Garamas iaculis propioribus instat, 4, 451. partitis inde catervis in varios docto discurritur ordine gyros, Claud. VI. Cons. Hon. 633. u. vgl. VFlacc. 1, 425. — 2) den leblose Dinge bilden, u. zw. solche, die in Bewegung sind, v. Mond: gyro breviore flecti, Sen. Hipp. 313. u. vgl. von der Zeit: bruma nivalem interiore diem gyro trahit, Hor. Sat. 2, 6, 26. u. angustissimum habet dies gyrum, Sen. Ep. 1, 12, 6; vom Kreisel: quem pueri magno in gyro vacua atria circum intenti ludo exercent, Virg. A. 7, 379; v. Pfeilen u. dgl.: volat ingenti gyro (telum), 10, 883. hastaque terribili surgens per nubila gyro instar habet silvae, Claud. Rapt. Pros. 2, 24; — von Dingen, die nicht in Bewegung sind, u. zw. v. Linien: linearum aliae directae sunt - aliae in gyrum reflexae, MCap. 6, 709. u. vgl.: altis gyris ablaqueabimus eas (olivas), Col. 5, 10, 17; v. Wege: maeandros faciebat et gyros, Amm. 30, 1, 12; v. Verzäunungen, Bahnen: si fronde ea (der Aesche) gyroque cludatur ignis serpens, in ignes potius quam in fraxinum fugere serpentem, Plin. 16, 13 (24), 64. tuto - includit pascua gyro, Claud. in Ruf. 2, 126. gyrum pulsat equis, Prop. 3, 14, 11. in gyrum Euripo addito, Suet. Caes. 39; — abstract: dein simili gyro venient aliorum vices, Phaedr. 3. epil. 25. homines secundis rebus effrenatos sibique praefidentes tamquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere, Cic. Off. 1, 26, 90. laxandos esse eloquentiae frenos nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refringendos, Plin. Ep. 9, 26, 7; cur tua praescripto sevecta est pagina gyro? Prop. 4, 2 (3, 3), 21. me mea Calliope cura leviore vagantem iam revocat, parvoque iubet decurrere gyro, et secum gracili connectere carmina filo, Col. 10, 225. ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis, Cic. dOr. 3, 19, 70.

# H.

**H, h**, der achte Buchstabe des lateinischen Alphabetes (vgl. *Corssen*, über Aussprache, Vokalismus und Betonung der lateinischen Sprache. I. Band, S. 46-53. u. S. 66).

**hahae, hahahae, hahahe**, *Interj.*, Ausdruck des Lachens u. Verhöhnens, Plaut. Pseud. 4, 5, 1. Truc. 2, 1, 1. Poen. 3, 5, 23. Ter. Andr. 4, 4, 15. Eun. 3, 1, 36. 3, 2, 44. Heaut. 5, 1, 13. 5, 4, 22. Phorm. 2, 3, 64.

**hăbēna**, ae, *f.* (verw. mit habeo), der **Zügel**, 1) eig., nur dicht. u. zur Unterscheidung des rechten u. linken Z. im Singul., in der Regel vom Z. der Pferde, aber auch der Maulesel u. Hunde, mit Attributen: laeva, Hor. Ep. 1, 15, 12. totae, Juv. 14, 230. Lucan. 2, 500. 9, 453. omnes, Virg. A. 5, 818. angustae, Tibull. 1, 4, 11. laxae, Sen. Hippol. 31. laxissimae, Cic. Am. 13, 45. undantes, Virg. A. 12, 471. effusissimae, Liv. 37, 20, 10. celeres, Virg. A. 11, 765. citae, VFlacc. 3, 498; ubi Sidonicas inter pedes aequat habenas, die sidonische Reiterei, VFlacc. 6, 95. Sol, qui flammigeris mundum complexus habenis volvis inexhausto redeuntia secula motu, mit dem Flammenwagen, Claud. Prob. et Ol. cons. 1. vgl. mit: iam Solis habenae bis senas torquent hiemes, BGild. 153. — Verbindungen: velox celerem super edere corpus gaudet equum validisque sedet moderator habenis, Tibull. 4, 1, 114. habenam qua ductabatur (equus), sinistra manu artius illigavit, Amm. 19, 8, 7. in curru stetit egitque habenas, Sen. Troad. 192. manibus molitur habenas, Virg. A. 12, 327. manibus undantes flectit habenas, 12, 471. u. dagegen: eques flectebat habenas, Claud. BGet. 594. vgl. mit Laud. Stil. 1, 67. frater habenis flectit equos, Virg. A. 10, 576. hac iuvenis furtim celeres detorquet habenas, 11, 765. u. vgl. dicht.: neque audit currus habenas, G. 1, 514; — adductis amens subsistit habenis, 12, 622. u. so VFlacc. 6, 271. auget eques stimulos fraenorumque artat habenas, Lucan. 7, 143. angustis quod equum compescit habenis, Tibull. 1, 4, 11. pressis habenis (um d. Pferde zum Stehen zu bringen), Claud. in Eutr. 2, 107. u. dagegen: pressis pugnat habenis huc obversus et huc (indem sich d. Pferd

dem Zügel zu entwinden sucht), Virg. A. 11, 600. talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus, Virg. G. 3, 89; — hi fugiunt penitusque datis referuntur habenis, mit verhängtem Zügel, Virg. A. 11, 623. profugo rapidus fusis instabat habenis, Sil. 13,172. manibus omnes effundit habenas, Virg. A. 5, 818. totas effundit habenas curriculo, Juv. 14,230. ferrata calce atque effusa largus habena cunctantem impellebat equum, Sil. 7, 696. in cuneos barbarorum effusis habenis evectus, Curt. 7, 32 (7), 35. u. so 7, 37 (9), 13. 8, 47 (14), 6. Frontin. Strat. 2, 5, 31. effusas tardo (equo) permittere habenas, Tibull. 4,1,92. acerque habenis lora permissis quatit, Sen. Hipp. 1007. admissis hab., VFlacc. 6, 303. nec tamen inmissis hic segnior ibit habenis, 5, 587. omissis habenis, Curt. 8, 47 (14), 3. at vos laxas canibus tacitis mittite habenas, Sen. Hipp. 31. ruebant laxatis habenis aurigae, 4, 56 (15), 3. u. so 4, 38 (9), 24. cedentes urguet totas largitus habenas Livius acer equo, Sil. 15, 724. levis totas accepit habenas in campum sonipes, Lucan. 2, 500. liber habenis (equus), Virg. G. 3,194. quamvis quaeque (mula) sibi nullis discurrat habenis, Claud. Epigr. 1,5. sonipes ignarus habenae: virga regit, BGild. 439; — simul his dictis linquebat habenas, Virg. A. 11, 827. quorum alter habenas suffuso revolutus equo dum colligit, alter cet., 11, 670; — ferner in Bezug auf den Wagen des Sonnengottes: quisquis adspirat - Solis habenis, Claud. VI. Cons. Hon. 193. da per auras curribus patriis vehi: committe habenas, bittet Medea ihren Großvater Helios, Sen. Med. 32. manibusque datas contingere habenas gaudet (Phaethon), Ov. M. 2, 151. u. ipse pavet nec qua commissas flectat habenas nec scit qua sit iter, 2, 169. alter habenas Aurorae pro Sole regat, Claud. Gig. 33. quem procul adductis vidit cum Phoebus habenis, stat subito, Id. 1, 48. errantes Phaethon confundat habenas, in Rufin. 2, 211. iamque Hyperionius metas maris urget Hiberi currus et evectae prono laxantur habenae aethere, VFlacc. 2, 34; des Mondgottes: non Phoebeis obvia flammis demet nocti Luna timores vincetque sui fratris habenas curvo brevius limite currens, Sen. Thyest. 839; des Bacchus: qui pampineis victor iuga flectit habenis, Virg. A. 6, 805. u. vgl. VFlacc. 3, 538. 2, 270; des Neptunus: per altum tenditis, unde procul venti, procul unde volucres, et pater ipse maris pavidas detorquet habenas, VFlacc. 4, 569. vgl. mit 2, 507; des Pluto: latebrosa vagis rimatur habenis devia fraternum cupiens exire sub orbem, Claud. Rapt. Pros. 2, 168. u. vgl. 2, 272. 3, 242. — 2) übtr. im Singul., a) v. der äußeren Gestalt des Zügels entlehnt, der Riemen, der Streifen, u. zwar bes. vom Riemen der Schleuder u. dgl.: est non simplicis habenae (funda), ut Balearica aliarumque gentium funda, sed triplex scutale, crebris suturis duratum, ne fluxa habena volutetur in iactu glans, sed librata, cum sederit, velut nervo missa excutiatur, Liv. 38, 29, 6. funda media duo funalia imparia habebat: cum - (spiculum) libratum funditor habena rotaret, excussum velut glans emicabat, 42, 65, 11. fundam positis Mezentius hastis ipse ter adducta circum caput egit habena, Virg. A. 9, 586. u. so 11, 579. terque levi ducta circum caput altus habena permissum ventis abscondit in aëre telum, Sil. 1, 315. torta Baliaris saevus habena, 5, 193. Tyrrhenum - Lygdamus excussā Balearis tortor habenae glande petens, Lucan. 3, 709. u. vgl.: gravidae fundae Balearis habenae, Stat. Theb. 10, 857. quum iaculum parva Libys amentavit habena, 6, 221. saxiferae surgat quibus imber habenae, VFlacc. 5, 609; v. Riemen mit dem man den Kreisel in Bewegung setzt: actus habena curvatis fertur spatiis, Virg. A. 7, 380; v. Riemen, mit dem man Sclaven geißelte: metuens pendentis habenae, Hor. Ep. 2, 2, 15; von Riemen, mit denen man die Füße umband: omnia enim fere id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, Gell. 13, 22 (21), 5. v. den Riemen, mit denen der Helm am Kopf befestigt wurde: hinc tenet ardens colla viri et molles galeae Gesander habenas, VFlacc. 6, 364; v. Riemen zum Verband gebrochener Glieder, von fascia unterschieden, vgl. Cels. 8, 5. u. 7; von e. Streifen Haut, vgl. Cels. 7, 17. — b) im Plur., von dem Zweck u. den Eigenschaften des Zügels entlehnt, der Zügel, α) concret, in Bezug auf Schiffe: aequoreas alni nato commendat habenas, Claud. IV. Cons. Hon. 422. iamque eadem remos, eadem dea flectit habenas, VFlacc. 5, 437. nec iam moderator habenis utitur, Ov. Fast. 3, 593. omnes labente manu misit habenas, Sen. Med. 346. classi inmittit habenas, Virg. A. 6, 1. volat inmissis cava pinus habenis, VFlacc. 1, 687. u. so 8, 139. neque permissis iam fundere rector habenis vela, nec eniti remis pote, 4, 679; in Bezug auf Flüsse: fluminibus vestris totas inmittite habenas, Ov. M. 1, 280. aequora rursus Iupiter atque omnes fluviûm si fundat habenas, VFlacc. 6, 390; in Bez. auf Winde: qui foedere certo et premere et laxas sciret dare iussus habenas, Virg. A. 1, 62. liberque meatu (auster) Aeoliam rabiem totis exercet habenis, Lucan. 9, 453. nec prius aërii cursus suppressit habenas, quam cet., Ov. M. 6, 709; in Bez. auf Feuer: furit inmissis Volcanus habenis transtra per et remos, Virg. A. 5, 662. inmissis crepitat victor Vulcanus habenis, Sil. 4, 681; in Bez. auf den Pflanzenwuchs: arboribusque datum'st variis exinde per auras crescendi magnum inmissis certamen habenis, Lucr. 5, 785. se laetus ad auras palmes agit laxis per purum immissus habenis, Virg. G. 2, 363. — β) abstract, bes. von der Lenkung öffentlicher Angelegenheiten, mit Genitiv: tantoque remoto principe mutatas orbis non sensit habenas, Claud. Laud. Stil. 1, 150. quis regere immensi summam, quis habere profundi indu manu validas potis est moderanter habenas, Lucr. 2, 1096. accepisse Numam populi Latiaris habenas (ferunt), Ov. M. 15, 481. u. vgl.: Latiae diffisus habenae, Sil. 13, 34. u. australes habenae, Claud. BGild. 279. patriae pereuntis habenas (deposcere), Sil. 11, 50. dignus, cui - rerum commendarentur habenae, Claud. Nupt. Hon. et Mar. 309. u. so III. Cons. Hon. 83. rerum Hasdrubali traduntur habenae, Sil. 1, 144. u. so 10, 282. rerum summas electus

habenas susciperet, Claud. Laus. Ser. reg. 111. qui modo sublimes rerum flectebat habenas, in Eutr. 2. prol. 1. qui rerum agitarit habenas, Sil. 17, 175. rerum reliquit habenas, Virg. A. 7, 600. dedit habenas imperii facili manu nutuque terras maria subiecit tuo, Sen. Oct. 485. cui mos tramittere signa et belli summam primasque iubebat habenas, Sil. 7, 383. non ultima rerum et deplorati mandassent Martis habenas, 7, 221. u. vgl.: acies, quam non perfregerit - inmissis Gradivus habenis, 11, 398. exultantem te et praefidentem tibi repriment validae legum habenae atque imperi insistent iugo, Poët. b. Cic. dOr. 3, 41, 166. suscepit habenas quatuor ingenti iuris temone refusas, Claud. Mall. Th. cons. 198. Fabioque salutis habenas credere ductori, Sil. 6, 611; si licet et fas est, vates rege vatis habenas, Ov. Fast. 1, 25. vgl. mit: suppreme habenas, Musa, nec admissis exspatiare rotis, AA. 3, 467. commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiae, Cic. Am. 13, 45. coniugem suum effusis caritatis habenis amavit, VMax. 4, 6. Ext. 2; irarum omnes effundit habenas, Virg. A. 12, 499; — absol.: te - eadem rursum complexa potestas (b. Consulat) evehit et reducem notis imponit habenis, Claud. Mall. Th. cons. 13. suscipe dixit rector habenas patrioque sede celsus solio, Sen. Troad. 730. rursum Stilichonis habenis sperabam me posse regi, in Eutr. 2, 544. u. vgl. BGet. 116 sqq. 426. VFlacc. 5, 519; solvantur habenis gaudia: nec leges pudeat ridere severas, Claud. Nupt. Hon. et M. 200. nunc lusus rape: effunde habenas: optimos vitae dies effluere prohibe, Sen. Hipp. 450. excussit habenas luctificus pavor, Sil. 6, 556.

**hăbeo,** habui, habitum, habēre (habessit = habuerit, Cic. Leg. 2, 8, 19), **haben, halten,** in gewissen Verbindungen noch causativ: (für Jmdn.) haben, Jmdm. **zeigen, erweisen, geben,** A) mit einfachem Object, AA) **von lebenden Subjecten,** I) mit **leblosen Objecten,** 1) Räume, a) **haben, innehaben besitzen, bewohnen, beherrschen,** ante Iovem genitum terras habuisse feruntur Arcades, Ov. Fast. 2, 289. terras inter amnes Hydaspem et Indum Taxiles habebat, Justin. 13, 4, 20. si habere Asiam, non transire volumus, Curt. 8, 27 (8), 12. qui mortales initio Africam habuerint, Sall. J. 17, 7. u. vgl. 18, 1. qui primi fines aliquando habuere Latinos, Virg. A. 8, 602. fines Carthaginiensium, quos novissime habuerant, Sall. J. 19, 7. ager, quem privatim habent Gallicus, Samnitis cet., Cato frg. p. 67, 1. u. so p. 54, 9. agrum, quem Volsci habuerunt, p. 4, 15. in his agris, quos nunc Taiphali habent, Eutr. 8, 2. agros habent et natura perbonos et diligentia culturaque meliores: in hisce agris tu praedia habere voluisti, Cic. Flacc. 29, 71. campos Themiscyrios habuēre Amazones, Sall. H. 3, 49. campi quod rex habet ipse Latinus, Virg. A. 9, 274. si quis plus quingenta iugera habere voluerit, Cato frg. p. 24, 10. habet triginta iugera prati, Catull. 115, 1. tu breve nescio quid victae telluris habebas, Ov. Fast. 2, 137. solebat enim extra portam aliquid habere conducti, Cic. Cluent. 62, 175. vineas h., Eutr. 9, 17. nullos habuit hortos, Nep. Att. 14, 3. cum compluribus locis praedia hortosque haberet, Cim. 4, 1. ibi heredium a patre relictum habebat, Cato 1, 1. unde igitur tot - habet saltus? Juv. 7, 189. hi Soractis habent arces Flaviniaque arva, Virg. A. 7, 696. flumen habent Cicones, quod cet., Ov. M. 15, 313. regat ille volentes Assyrios: habeat Pharium cum Tigride Nilum, Claud. VI. Cons. Hon. 86. orbe satos alio, sua litora regnaque habentes, VFlacc. 7, 35. quique Anienis habent ripas, Sil. 8, 368. quam (urbem) Nisus habet, Ov. M. 8, 8. urbem Romam a principio reges habuēre, Tac. A. 1, 1. alias urbes habuēre Macedonum reges, quas nunc habent Parthi, Curt. 5, 23 (7) 9. Camerini cives nostri oppidum pulchrum habuēre, agrum optimum atque pulcherrimum, Cato frg. p. 39, 6. hique mature oppida habuēre, Sall. J. 18, 9. civitatem, H. 2, 26. urbem Romam - condidēre atque habuēre initio Troiani, C. 6, 1. quae Corinthum arcem altam habetis, matronae cet., Enn. 219. Ardeam Rutuli habebant, Liv. 1, 57, 1. vagi, palantes, qua nox coēgerat, sedes habebant, Sall. J. 18, 2. hos nunc, Arethusa, penates, hanc habeo sedem, Ov. M. 5, 496. delubra Minervae, quae dea natali coepit habere suo, F. 3, 838. hic ubi templa foris iuncta duobus habes, 1, 258. ut eandem et patriam haberet et domum, Nep. Att. 3, 3. nam plus quaesti facerem, quam quadrimas si haberem molas, Pompon. 123. consortia tecta urbis habent, Virg. G. 4, 153. atria Libertas coepit habere sua, Ov. F. 4, 624. Phoebus habet partem (domus), Vestae pars altera cessit, 4, 951. quos alios muros, quae iam ultra moenia habebis? Virg. A. 9, 782; — mit näheren Bestimmungen: quinquaginta atris inmanis hiatibus Hydra saevior intus habet sedem, Virg. A. 6, 576; prata, lacus, rivos - collibus et campis ut haberent, Lucr. 5, 1372. se domum Chersonesi habere, Nep. Milt. 2, 4; hoc, ait, in campo - habebat rus breve cum duro parca colona viro, Ov. F. 4, 691. habeto tu quoque Romulea, dixit, in urbe locum, 5, 259. sedes habent (Scythae) et in Europa et in Asia, Curt. 6, 6 (2), 13. habebatque pretiosas possessiones in Italia, Nep. Att. 12, 3. domum habuit in colle Quirinali Tamphilianam, 13, 2. ut in omnibus partibus aedificii exitus haberet, Hann. 12, 3. — b) der geographischen Lage nach wo (liegen) haben, cum Germaniam ad laevam et in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos, Vell. 2, 109, 3. — c) militär. α) e. Platz **haben, innehaben, genommen haben, besetzt halten,** an caelum Titanes habent? Claud. R. Pros. 3, 186. orbem iam totum victor Romanus habebat, qua mare, qua terrae, Petron. 119, 1. cetera Turnus victor habet, Virg. A. 11, 91. inpius haec tam culta novalia miles habebit? Ecl. 1, 70. non hostis, ait, non moenia laesi Thraces habent, VFlacc. 2, 250. hostis habet muros, Virg. A. 2, 290. arcem iam scelere emptam Sabini habent, Liv. 1, 12, 4. vi contendam, ut compote tecum Salaminem habeam, Att. 370. quo facilius omne Hadriaticum mare - in potestate haberet, Caes. BC. 1, 25, 3. hostis habet portus, VFlacc. 3, 45. — β) e. Raum zu einem gewissen Zwecke einge-

nommen haben, haben, ea fortuna, his locis, quae ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum, Liv. 9, 11, 5. u. vgl.: situm formamque et universorum castrorum et partium, qua Poeni qua Numidae haberent (ihre Stellung im Lager hätten; sc. speculabantur), 30, 4, 2. biduo ibi rex stativa habuit, Curt. 4, 39 (10), 1. u. so 6, 6 (2), 15. 8, 1 (1), 10. 9, 26 (6), 26. omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse, Caes. BG. 1, 44, 3. habebatque rex castra in continenti, Curt. 4, 7 (2), 1. — 2) einen bestimmten Zeitraum a) haben, empfangen haben, zugetheilt erhalten haben, tempus idem Stator aedis habet, quam cet., Ov. F. 6, 793. morandi tempus non habens, Nep. Milt. 1, 6. hunc finem clarissimus iuvenis vitae habuit, Vell. 2, 14, 3; — mit Angabe des Zweckes: ut huic vix tantulae epistolae tempus habuerim, Cic. Att. 1, 14, 1. otium ab senibus ad potandum ut habeam, Ter. Phorm. 5, 5, 4. ut tempus ad comparandum haberent, Liv. 42, 52, 8. — b) zubringen, verleben, durchmachen, so u. so viel Jahre haben, zählen, ubi adulescentiam habuēre, ibi senectutem agant? Sall. J. 85, 41. infantiam - habuit laboriosam, Suet. Tib. 6. non honestiorem pueritiam quam principia originis habuit, Justin. 22, 1, 2. mihi reliquam aetatem a re publica procul habendam decrevi, Sall. C. 4, 1. in obscuro vitam habent, 51, 12; quae (puella) non plus quam septem annos habere videbatur, Petron. 25, 2. cum haberet annos duodeviginti, Quint. 8, 5, 17. quattuor et triginta tum habebat annos, Cic. Brut. 43, 161. quum haberet annos circiter sexaginta, Nep. Att. 7, 1. — 3) e. bestimmte Zahl haben, enthalten, nec totidem veteres, quot nunc, habuēre Calendas, Ov. F. 3, 99. totidem princeps, totidem pilanus habebat corpora, 3, 129. astris delphina recepit Iuppiter et stellas iussit habere decem, 2, 118. — 4) einen Gegenstand, u. zw. a) einen concreten, α) außer sich haben, in der Hand haben, bekommen od. empfangen haben, besitzen, auch in der Wendung: Jmdm. zu Theil geworden sein, gehören u. dgl., αα) im Allg.: quid habes illius illius, quae spirabat amores, Hor. Od. 4, 13, 18. tam deest avaro quod habet, quam quod non habet, Syr. 486. u. vgl.: quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest, 443. cur optas quod habes? Hor. Sat. 1, 3, 126. quodque domi non est sed habet vicinus ematur, Juv. 6, 152. quod quis non habuit, non perdidit, Quint. 5, 10, 74. habes, tota quod mente petisti, Virg. A. 4, 100. u. vgl. Hor. Ep. 2, 2, 52. quia tanti, quantum habeas, sis, Hor. Sat. 1, 1, 62. visne salutari sicut Seianus, habere tantundem, -? Juv. 10, 90. quidquid habes, Hor. Sat. 2, 3, 168. quidquid pridie habuerunt quam in colloquium est ventum, habeant, Liv. 9, 11, 4. agit atque habet cuncta neque ipse habetur, Sall. J. 2, 3. qui mihi reliquit haec, quae habeo, omnia, Ter. Eun. 1, 2, 41. prodigere et, cum nil habeas, te inriderier, Caecil. 74. nil habuit Codrus, quis enim neget? Juv. 4, 208. nihil laboras: ideo quum opus est, nil habes, Phaedr. 4, 24, 16. Iuppiter - nil nisi Romanum, quod tueatur, habet, Ov. F. 1, 86. repente largiter habere, repente nihil, Cato frg. p. 73, 10. denique sit finis quaerendi, cumque habeas plus, pauperiem metuas, Hor. Sat. 1, 1, 92. plus non habeo me Hercule, sed, unde accipere possis, monstrabo tibi, Phaedr. 3, 5, 4. tacitus pasci si posset corvus, haberet plus dapis cet., Hor. Ep. 1, 17, 50. plus aloes quam mellis habet, Juv. 6, 181. plus in pondere quam in specie habere praedae affirmabat, Justin. 24, 7, 10. eadem omnia (animalia), pinguia quam macra - plus alimenti habent, Cels. 2, 18. nos igitur divitiores, qui plura habemus? Cic. Parad. 6, 3, 50. ut - plurimum haberet, qui plurimos interemisset, Vell. 2, 28, 3. si melius quid habes, arcesse vel imperium fer, Hor. Ep. 1, 5, 6. quaesita manu securus habeto, quisquis es, Claud. R. Pros. 3, 303. homo fatuus - postquam rem habere coepit, est emortuus, Poet. b. Cic. dOr. 2, 67, 274. tum, simul habere res desierint, quas acceperint, centena matri conferant sestertia, Phaedr. 4, 5, 10. res familiares habere, Sall. H. 1, 12. tum res inopes Evandrus habebat, Virg. A. 8, 100. res, auxilia ac socios iam pacto foedere habebant. Lucr, 5, 1442. vectigalia magna divitiasque habeo tribus amplas regibus, Hor. Sat. 2, 2, 101. qui rapuēre divitias, habent, Phaedr. 5, 4, 9. quas (divitias) honeste habere licebat, Sall. C. 13, 2. nam raptas fratri victor habebat opes, Ov. F. 3, 50. Ilus adhuc Asiae dives habebat opes, 6, 420. tantas opes, quantas nunc habet, non haberet, Cic. Fam. 6, 6, 5. an habiturus foret opes, quis viam Appiam operiret, Tac. A. 2, 30. magnae opes innocenter partae et modeste habitae, 4, 44. melius publicas opes a privatis haberi, Eutr. 10, 1. incertas atque in casu positas possessiones habent, Cic. Parad. 6, 3, 52. unciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem, Juv. 1, 40. ille argentum habet, Caecil. 215. non habebat auri atque argenti satis, Nep. Epam. 4, 3. si hercle haberem (minas), non negarem, Plaut. Epid. 1, 2, 13. si caementum bonum non habeam, deturbem aedificium? Cic. QFr. 3, 9, 7. habemus utrumque (vinum), Hor. Sat. 2, 8, 17. quod mel non habebant, Nep. Ages. 8, 7. medicamen habendum est, sorbere ante cibum quod debeat et pater et rex, Juv. 14, 214. arma, quibus laetatus, habe tua, Virg. A. 10, 827. si viri arma illa habuissent, quae in portis fuēre nostris, capi Roma me consule potuit? Liv. 3, 67, 3. cum habeatis arma, licemini hostium capita, Curt. 4, 2 (1), 12. loricam - donat habere viro, Virg. A. 5, 260. quam (aquilam) bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicatur, Sall. C. 59, 3. qui naves non modo inanes habuerunt, sed etiam apertas, und: qui solus habuerit constratam navem, Cic. II. Verr. 5, 40, 104. ne amplius quam triginta naves haberent, Eutr. 3, 21. ut nepotem regis Antiochi - classem habere, elephantos alere prohiberet, Cic. Phil. 9, 2, 4. quid habes, nisi unam arcam sine clavi? Titin. 178. u. vgl. Catull. 24, 10. vestes - sunt qui non habeant, est qui non curat habere, Hor. Ep. 2, 2, 182. u. vgl. Ep. 1, 6, 42. ille suo moriens dat habere nepoti (cingula), Virg. A. 9, 362. quum stratum haberet tale, ut cet., Nep. Ages. 8, 2. quo possit poenas pendere, pignus habet, Ov. F. 6, 512. pignora iam

nostri nulla pudoris habes, 5, 594. magna dati nutrix praemia lactis habet, 2, 422. inventi praemia mellis habet, 3, 744; so 4, 590. 5, 410; u. vgl.: primus equum phaleris insignem victor habeto, Virg. A. 5, 310. quod habui summum pretium, persolvi tibi, Ter. Andr. 1, 1, 13. habes pretium, loris non ureris, aio, Hor. Ep. 1, 16, 47. doctrinae pretium triste magister habet, Ov. P. 2, 10, 16. ipsius Anchisae longaevi hoc munus habebis, cratera inpressum signis cet., Virg. A. 5, 535. u. vgl. Ov. F. 6, 215. extremum hoc munus morientis habeto, Virg. Cir. 267. vgl. mit: coniux socerque iusta iam functis habent a me sepulti, Sen. Med. 988. in Tiberis ripa munera regis habet, Ov. F. 6, 776. u. vgl. Claud. Ep. 2, 32. ad huius belli usum quum largitiones nullas haberet, Eutr. 8, 13. imagines non habeo, Sall. J. 85, 25. effigiem nullam Vesta nec ignis habet, Ov. F. 6, 298. cumque forent alii, quorum mihi cuncta referre nomina longa mora est, carmina vulgus habet, P. 4, 16, 37. habebunt magnam materiam laudandi, Quint. 10, 1, 122; — mit näheren Bestimmungen: istam, quam habes, unde habes vestem? Ter. Eun. 4, 4, 28. So. is hic est anulus. Chr. unde habes? Heaut. 4, 1, 41. satis hinc mercedis habeto, si laudem victor, si fert opprobria victus, Calp. 2, 23. ex aure eius stalagmium domi habeo, Caecil. 107. minas quidem iam decem habet a me filia, Ter. Heaut. 4, 7, 7. si id donum a deo, non a nobis haberemus, Cic. ND. 3, 36, 87. nihil magis tuum credis quam quod per amicos habes, Plin. Pan. 50, 6; armaque Lauso donat habere humeris, Virg. A. 10, 700. quid habes in surpiculis, calve? Pompon. 119. dum praemium in manibus haberet, Curt. 6, 43 (11), 33. argentum in ostiarii illius cella plus iacet, quam quisquam in fortunis habet, Petron. 37, 8. vestem – in usu habuit, Quint. 12, 11, 21. ita ab adulescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet, Sall. C. 31, 7. propositis legibus his, quas in monumentis habemus, Cic. Rep. 2, 14, 26; arma habere ad manum, Quint. 12, 5, 1. qui apud Moguntiacum monumentum habet, Eutr. 7, 13; acetum, quod forte secum habebat, ebibit, Cels. 5, 27, 4; hique alveos navium invorsos pro tuguriis habuēre, Sall. J. 18, 4. — ββ) insbes., etw. wo eingegraben (eingravirt), geschrieben finden, wo schriftlich ausgesetzt erhalten haben, Geld angelegt haben, Hermerotis pugnas et Petractis in poculis habeo, Petron. 52, 2. Phliasios autem dici sciebam et ita fac ut habeas: nos quidem sic habemus, Cic. Att. 6, 2, 3. qui in testamento meo legata habent, Petron. 141, 2. partem rei familiaris in pecunia habuit, Suet. Tib. 49. — β) an od. in sich haben, bekommen od. empfangen haben, besitzen, anhaben, tragen (mit od. ohne Attributiv.), αα) Kleider, Waffen u. dgl. am Körper, virtute formae id evenit, te ut deceat quicquid habeas, Plaut. Most. 1, 3, 17. quam (vestem) habes, Ter. Eun. 4, 4, 28. u. so *vs.* 17. u. vgl.: remitte pallium mihi meum quod involasti sudariumque Saetabum –, quae palam soles habere tanquam avita, Catull. 25, 8. qui vestem cruentam habuerit, Quint. 5, 9, 9. u. so 5, 12, 3. talis in aeterno felix Vertumnus Olympo mille habet ornatus, mille decenter habet, Tibull. 4, 2, 14. u. vgl. von e. personificirten Buche: vade, sed incultus, qualem decet exulis esse: infelix habitum temporis huius habe, Ov. Trist. 1, 1, 3. filii quatuor togas viriles habent, duo praetextati sunt, Liv. 42, 34, 4. latum habere clavum, Quint. 11, 3, 139. molendum'st in pistrino, vapulandum, habendae compedes, Ter. Phorm. 2, 1, 19. viribus illa minor nec habendis utilis armis consilio patriae saepe ferebat opem, Ov. F. 5, 61. mos comminus arma semper habere viro, VFlacc. 5, 583. non habuit gladium, Plaut. Cas. 5, 2, 31. non habuit pharetram, Phoebi tamen esse sororem credebant, Ov. F. 6, 111. quas habet ipse, pharetrae intremuēre simul, M. 15, 634. si mentior, arida perdam quas habeo frondes et caesa securibus urar, 9, 373; — mit näheren Bestimmungen: nec torquem collo, nec habens crinale capillis, Ov. P. 3, 3, 15. diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco, Naev. 60. habeo firmiter, quod tenebam (sc. ansam scuti), Amm. 21, 2, 2. ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens anulum, Ter. Hec. 4, 1, 59. u. so 5, 3, 32. Dionysii equus quid attulit admirationis, quod emersit e flumine quodque habuit apes in iuba? Cic. Div. 2, 31, 67. foenum habet (taurus) in cornu, longe fuge! Hor. Sat. 1, 4, 34; Pallas, pro ducibus nostris aegida semper habe! Ov. F. 3, 848. — ββ) irgend welchen Körper, Glieder u. dgl. am od. im Körper: irriguumque mero sub noctem corpus habento, Hor. Sat. 2, 1, 9. neque amisso patrimonio liberum corpus habere, Sall. C. 33, 1. raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet, Cels. 1, 3. caput et pedes manusque frigidas habere ventre et lateribus calentibus, aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente, 2, 4. sed vetat optari faciem Lucretia qualem ipsa habuit, Juv. 10, 294. qui diu habent faciem pallidam et tumidam, Cels. 2, 7. ne faciem quidem habere liberi hominis, Quint. 6, 3, 32. quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat Ravola, Juv. 9, 3. hos habuit voltus, haec illi verba fuerunt, Ov. F. 2, 773. neminem laetos habuisse vultus, Sen. Troad. 1028. voltum dubitantis habebam, Ov. F. 5, 245. ille, qui oculos centum habet, Phaedr. 2, 9, 18. quod candidos habet dentes, Catull. 39, 1. faciam sciat Aelianus et me linguam habere, Suet. Aug. 51. si linguas decem habeam, vix habeam, satis te qui laudem, Caecil. 127. neque enim vocem viresque loquendi aut aliquid toto pectore mentis habet, Ov. F. 2, 798. si vocem haberes, nulla prior ales foret, Phaedr. 1, 13, 8. gingivas vero ploxemi habet veteris, Catull. 97, 6. auriculas asini quis non habet? Pers. 1, 121. ut haberes integram manum, Quint. 8, 5, 12. infectas sanguine habere manus, Prop. 3, 9, 2. vacuas caedis habete manus, Ov. AA. 1, 642. cum duo crura habeas, Juv. 16, 24. cetera qui (gemelli) matris, pennas genitoris haberent, Ov. M. 6, 713. eludentis (barbari) ipsos, quia pinnas non haberent, Curt. 7, 41 (11), 6. inutilis est (vomitus) gracilibus et imbecillum stomachum habentibus, Cels. 1, 3. ubere, quod nutrix posset habere Iovis, Ov. F. 5, 120. si lac habet

acerbissimum in vita, quum cet., Cic. Cael. 24, 59. u. so: dolorem, Sil. 6, 85. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem, Cic. Sest. 29, 63. si utile rei publicae fuit haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem, etiam cet., Dom. 11, 30. is propagatione vitae quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates! Tusc. 1, 35, 86. lugenda Getis et flenda Suëvis hausimus, Claud. BGild. 32. spero equidem mediis, si quid pia numina possunt, supplicia hausurum scopulis et nomina Dido saepe vocaturum, Virg. A. 4, 382. fortassis acerbas hausurum poenas, Stat. Achill. 1, 666. — II) v. Lebl., **schöpfen, verschlingen, ganz in sich aufnehmen, daher: vergraben, verschütten** u. dgl., 1) im Allg.: canas alveus haurit aquas, Ov. F. 3, 592. heu quantum terrae potuit pelagique parari hoc quem civiles hauserunt sanguine dextrae, Lucan. 1, 13; veloque superba capaci quum rapidum hauriret boream (navis), Sil. 14, 388. medium sol igneus orbem hausserat, Virg. G. 4, 426. — 2) insbes.: hausit subito sua funera tellus, VFlacc. 7, 643. haurit subsidens fugientum corpora tellus, Sil. 4, 575; nos paene aequoribus tellus violentior hausit, in den Sandflächen der Syrten, 3, 652. ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? Petron. 81, 3; — effare, casus quis rates hausit meas? Sen. Ag. 412. illam (navem) dehiscens pontus in praeceps rapit hauritque, 497. expositis omnibus hausta (navis) perit, Ov. F. 3, 600. pars navium haustae sunt, Tac. A. 2, 24. hausit et Siculum mare classes virosque saepe cedentes, Sen. Oct. 518. icta fatiscit aquis donec domus haustaque fluctu est, VFlacc. 4, 48. haurit sanguineus contorta cadavera vortex, Sil. 14, 556. septimum os (Danubii) paludibus hauritur, Tac. G. 1. servi ministrant, quos statim lacus haurit, Tac. G. 40. in paludes quidam coniecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt, Liv. 31, 37, 8. multorum miserabilis fuit casus, quos ex praerupta rupe lapsos amnis praeterfluens hausit, Curt. 8, 40 (11), 12. multosque inperitos nandi aut invalidos graves loricis aliisque tegminibus hausēre gurgites, Liv. 5, 38, 8. dum insultant aquis artemque nandi ostentant, turbati et quidam hausti sunt, Tac. A. 2, 8. sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus, 1, 70. graves - armis et proelio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur, Curt. 4, 62 (16), 16; vgl. noch: duobus in conspectu hostium in praerapidum gurgitem haustis ipse perisse creditus, in den Strudel hinabgerissen, Liv. 29, 32, 9; — haurit hiatu nix resoluta viros, Sil. 3, 520. simul altitudine et mollitia nivis hauriebantur, Tac. H. 1, 79. velut in foveas (nivis) delati hauriebantur, Curt. 5, 15 (4), 18; — velut ordine rupto cum procul insanae traherent Phaëthonta quadrigae saeviretque dies terramque et stagna propinqui haurirent radii, Claud. IV. Cons. Hon. 64. effusa flamma primo velut sparsa pluribus locis reluxit, dein per continua serpens uno repente omnia incendio hausit, Liv. 30, 6, 5. und: caesa aut hausta flammis XXXX millia hominum sunt, §. 8. horaeque momento simul aggerem ac vineas - incendium hausit, 5, 7, 3; utinam me solum inimicus ignis hauriret, Petron. 98, 9. hausissetque virum (ardor), trepidus ni cet., Sil. 17, 107. seu me illa suis seges obruit hastis, hauriet adverso seu crastinus ignis hiatu, VFlacc. 7, 97. in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma, Liv. 30, 5, 10. progeniem hauserunt et nomen amabile flammae, Sil. 14, 476; — hic, ubi lenior est (flatus) in terra cum tamen alta arbusta evolvens radicibus haurit ab imis, Lucr. 6, 140. quos venti saevaeque hausēre procellae, Sil. 13, 540; — cum spes arrectae iuvenum exultantiaque haurit corda pavor pulsans, bei dem Wettrennen zu Wagen, Virg. G. 3, 105. intenti spectant signum exultantiaque haurit corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido, beim Wettkampf im Rudern, A. 5, 137. vigor hausurus Latium, Sil. 16, 11. quos hausit et peremit et leto dedit odium dolusque, Sen. Hippol. 695. totas malum hausit medullas, Herc. Oet. 1227. haustis populari castra medullis, durch die Pest, Sil. 14, 597.

**haurītōrius**, a, um, **zum Schöpfen geeignet, Schöpf-**, h. rota u. subst. hauritorium, Gloss.

**hauritus, haurĭturus**, s. haurio.

**haussi, hausseram**, s. haurio.

**haustor**, ōris, *m.* (haurio), **der, welcher schöpft, der Schöpfer**, aquarum, Firmic. math. 8, 29. oder **der, welcher gierig trinkt**, ultimus haustor aquae, Lucan. 9, 591.

**haustrum**, i, *n.* (haurio), **eine Schöpfmaschine**, ut fluvios versare rotas atque haustra videmus, Lucr. 5, 516., *Lachm.*: austra nach den Handschriften u. nach Non. p. 13, 8. Isidor. orig. 20, 15.

**haustus**, a, um, *Ptcp.*, s. haurio.

**haustus**, us, *m.* (haurio), I) **das Schöpfen aus** einem Gefäß u. dgl., 1) eig., a) im Allg.: si deerit fluens aqua, putealis quaeratur in vicino, quae non sit haustus profundi, Col. 1, 5, 1. puteusque brevis nec reste movendus in tenues plantas facili defunditur haustu, Juv. 3, 227. inter marinas aquas dulcium haustus est, Mel. 2, 4, 4. — b) insbes. jurist. **das Schöpfrecht**, aquaeductus haustus, iter actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur, Cic. Caecin. 26, 74. u. vgl. Ulp. Dig. 8, 3, 1. §. 1. 8, 3, 3. §. 3. — 2) übtr. u. meton. a) im Allg., **das Geschöpfte, eine Hand voll**, tibi munera matris contingent fletus peregrinaeque haustus arenae, Ov. M. 13, 525., wie arenae particula b. Hor. Od. 1, 28, 25. — b) insbes. (vgl. haurio, 2), meton. **die Wunde**, et catulos blande cum lingua lambere temptant aut ubi eos iactant pedibus morsuque petentes suspensis teneros minitantur dentibus haustus (canes), Lucr. 5, 1067. timida (dextra) tum parvo caput libavit haustu vixque cupientes sequi eduxit oculos, Sen. Phoen. 174. — II) **das Schöpfen, Trinken, Einschlucken, Einsaugen, Einhauchen, der Zug**, meton. **das Zuverschluckende** u. s. w., **der Schluck, Trunk, Hauch**, 1) v. Leb., a) eig.: ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent deditis, Curt. 3, 25 (10), 8. namque papaveris haustus item'st facilis quasi aquarum, Lucr. 2, 453. saepe, sed exiguis haustibus inde bibi, Ov. F. 3, 274. desiderium frigidi atque plurimi aëris haustu rapiendi, CAur.

Acut. 2, 27, 144. tot animalium haustus spiritum e sublimi trahit, Plin. 2, 38, 103. alium domi esse coeli haustum alium lucis aspectum, Curt. 5, 19 (5), 19. Catulus se ignis haustu ludibrio hostium exemit, Flor. 2, 9 (3, 21), 15; — haustus aquae mihi nectar erit. Ov. M. 6, 356. undarum raptos aversis fontibus haustus quaerere, Lucan. 3. 345. u. vgl. die unsichere Stelle b. Virg. G. 4, 229. a te decurrit ad meos haustus liquor, Phaedr. 1, 1, 8; pro te, fortissime, vota publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus, Ov. M. 7, 447; quisquis exilem iacens animam retentat, vividos haustus levis concipiat, Sen. Oed. 1054; ut non cunctantes haustus infundere cornu inserto possis, Nemes. Cyn. 228. — b) übtr.: Pindarici fontis qui non expalluit haustus, Hor. Ep. 1, 3, 10. nimius divini spiritus haustus reddentibus pestifer existit, VMax. 1, 8, 10. esse apibus partem divinae mentis et haustus aetherios dixēre, Virg. G. 4, 220. hinc mihi ille iustitiae haustus bibat, Quint. 12, 2, 31. — 2) v. Lebl. a) eig.: ad latus praetereuntis aquae conversus et supinus (calix), id est ad haustum pronior, segniter exiguum sumit, Frontin. Aquaed. 36. quod rapax haustum revomit Charybdis, Sen. Thyest. 581. u. vgl.: quem (Curtium) - devotum bellis consumpsit gurgitis haustus, Virg. Cul. 363. minima autem vel magna (margarita) pro qualitate haustuum figurantur casibus variatis, nach Verhältniß der eingesogenen Feuchtigkeit, Amm. 23, 6, 86. accipe nunc, inquit (sagt Pyramus zu dem Schleier der Thisbe), nostri quoque sanguinis haustus, Ov. M. 4, 118. opima cervix arduos tollit toros naresque hiulcis haustibus patulae fremunt, vom Stier, Sen. Hipp. 1043. non ante coelo lucidus curret dies haustusque tutos aetheris puri dabit, Oed. 219. quoniam haustum omnem lucis adversa (luna) illo regerat unde acceperit, Plin. 2, 9 (6), 46. — b) übtr.: usque adeo largos haustus e fontibu' magnis lingua meo suavis diti de pectore fundet, Lucr. 1, 412.

**hausurus**, a, um, s. haurio.

**haut, hautquaquam**, s. hau, haudquaquam.

**have, haveo**, s. aveo.

**hēautontīmōrūmĕnos** (ἑαυτὸν τιμωρούμενος) = ipse se poeniens (Cic. Tusc. 3, 27, 65), Titel eines Lustspieles des Terentius.

**hebdŏmăda**, ae, *f.* (vgl. hebdomas), **eine Anzahl von sieben**, se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse, Gell. 3, 10, 17. u. in Bezug auf e. Anzahl von sieben Tagen: primam hebdomadam et secundam et tertiam, als kritische Tage bei Krankheiten, §. 14.

**hebdŏmădālis**, e (hebdomas), **alle sieben Tage wiederkehrend**, festa, Sidon. Ep. 9, 3.

**hebdŏmădārion**, ii, *n.*, Name eines Thieres, vgl.: bestiam quoque vidimus praegrandi admodum et inopinabili magnitudine, quam h. vocant, adeo immensae potentiae, ut illi perfacile insistentes etiam super dorsum elephantos cerneremus, Jul. Val. Al. ob. 27.

**hebdŏmădĭcus**, a, um (ἑβδομαδικός), **die Siebenzahl betreffend**, septeni anni, qui hebdomadici a Graecis appellantur, als kritische bezeichnet, Firmic. Math. 4, 14.

**hebdŏmas**, ădis, *f.* (ἑβδομάς, die Zahl sieben, vgl.: septenarii numeri, quem Graece ἑβδομάδα appellant, virtutes cet., Gell. 3, 10, 1), **eine Anzahl von sieben** (Tagen, Jahren u. dgl.), vorzugsw. **der** (je) **siebente entscheidende** (kritische) **Tag** bei der Bildung des Menschen, bei Krankheiten, **das** (je) **siebente Jahr** des menschlichen Lebens, **der Stufentag, das Stufenjahr**, ut in morbis dies septimi suspecti sunt et crisimoe (κρίσιμοι) dicuntur, ita per omnem vitam septimum quemque annum periculosum et velut crisimon esse et climactericum vocitari, Censorin. d. n. 14, 9. symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomada incideres, Cic. Fam. 16, 9, 3. qui hebdomadibus humanam vitam emensi sunt, Censor. d. n. 14, 7. Etruscis quoque libris fatalibus aetatem hominis duodecim hebdomadibus describi Varro commemorat, §. 6. u. als Beispiel: in prima hebdomade dentes homini cadere, in secunda pubem apparere, in tertia barbam nasci u. s. w., §. 7. u. vgl. überh. c. 11. u. 14. Gell. 3, 10; in anderer Beziehung: quae (convivia) agitare Athenis hebdomadibus lunae sollempne nobis fuit, Gell. 15, 2, 3.

**hebenus, hebenum**, s. ebenus.

**hĕbeo**, ēre, **stumpf-, matt-, schwach-, träg-, langsam-, unthätig sein**, 1) von Lebl., u. zwar in Bezug auf die Schärfe der Waffen: ferrum nunc hebet? an dextrae torpent? an quid prodigii est aliud? Liv. 23, 45, 9; in Bezug auf den erblassenden Glanz der Gestirne: et iam Pleias hebet, flexi iam plaustra Bootae in faciem puri redeunt languentia coeli, maioresque latent stellae, Lucr. 2, 722. mitis in alto Iuppiter occasu premitur, Venerisque salubre sidus hebet motuque celer Cyllenius haeret, et coelum Mars solus habet, 1, 660. hebet Arcas et ingens Iuppiter, VFlacc. 5, 371. — 2) von Leb., u. zw. a) v. Körper u. seinen Theilen: corpus hebet somno, VFlacc. 4, 41. set enim gelidus tardante senecta sanguis hebet, Virg. A. 5, 395; von der Leidenschaft: olim annis ille ardor hebet, VFlacc. 1, 53. hebent irae, Stat. Theb. 11, 386. — b) v. Menschen selbst: delegata domus et penatium et agrorum cura feminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia: ipsi hebent, Tac. G. 15. quid stolidi ad speciem notae novitatis hebetis? Auson. Epigr. 69, 7.

**hĕbes**, hĕbĕtis (*Acc.*: hebem, Caecil. 82. u. in Enn. Ann. nach Charis. p. 132, 6), **stumpf, matt, leblos, träg, langsam**, geistig: **stumpf, stumpfsinnig**, 1) v. Lebl., u. zwar in Bezug auf die Schärfe der Waffen: ferrum sentit hebes, lentior est chalybs, Sen. Herc. Oet. 152. hebeti ferro - caeditur, Juv. 11, 140. ni hebes machaera foret, uno ictu occideras, Plaut. Mil. gl. 1, 1, 53. mucro est hebes, Ov. M. 12, 485. u. so b. Lucr. 5, 1274. Lucan. 6, 186. si te delectant hebetes lasso lictore secures, Juv. 8, 137. ponite iam gladios hebetes: pugnetur acutis, Ov. AA. 3, 589. hebetia esse tela et manus fatigatas, Curt. 4, 62 (16), 18. iam tela hebetia sunt: iam arma deficiunt, 9, 12 (3), 10. non dubito quin ea tela, quae coniecerit inimicus, quam ea, quae collega patris emisit, leviora

atque hebetiora esse videantur, Cic. Har. resp. 1, 2; nihilominus confitendum est etiam, detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus et cotes hebetibus et vino vetustatem, Quint. 2, 12, 8; vgl. auch: h. angulus, Agrim. p. 41, 3. öft.; in Bezug auf hervorstechende Eigenschaften anderer Dinge, wie Glanz u. Farbe: lux h., Avien. Arat. 455. hebetem vicina nocte (diem), Stat. Achill. 2, 289. aiunt hebetiores in aceto maceratos - nitescere (carbunculos), Plin. 37, 7 (26), 98; quia nec flos est hebeti nec flamma colore, Ov. F. 3, 365. poliuntur omnes (berulli) sexangula figura artificum ingeniis, quoniam hebes unitate surda color repercussu angulorum excitetur, Plin. 37, 5 (20), 76; od. Geschmack u. Geruch: quamvis gustu non sit hebes (uva), Col. 3, 2, 24. orsini utraque genera, unum hebes, alterum odoratum, Plin. 21, 11 (39), 67; od. Ton u. Charakter: aliis non dissimilibus sed quasi hebetioribus permutamus (litteras), Quint. 1, 11, 4. quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior (spondeus), Cic. Or. 64, 216; od. Stärke: hebeti pectus tantummodo contudit ictu, Ov. M. 12, 85. in qua (causa) nullus est ordinum, nullus apertus privatorum dolor, bonorum autem esset aliquis, sed hebes (ein dumpfer Schmerz), ut solet, Cic. Att. 8, 3, 4. — 2) v. Leb., u. zwar a) vom Körper u. seinen Theilen, gracile corpus infirmum: obesum hebes est, Cels. 2, 1. auster - totum corpus efficit hebes, humidum, languidum, 2, 1. u. vgl. Ov. AA. 3, 799. caro hebes, abgestorben, Cels. 7, 6. 13. u. vgl.: gingivarum ossa, quae hebetia sunt, in perpetuum ustione nudantur, 6, 15. os hebes est positaeque movent fastidia mensae, Ov. Pont. 1, 10, 7; — von den Sinnwerkzeugen: sensus autem omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur, Cic. Acad. 1, 8, 31; — torpet acies luminum hebetesque visus vix diem insuetum ferunt, Sen. Herc. fur. 653. quia dextro oculo plus cernant utroque natura hebeti, Plin. 9, 15 (20), 50. fuit - oculis caesis et hebetioribus, Suet. Ner. 51. fuit - grandibus oculis, verum acie hebetiore, Dom. 18. aciem hebetem habet (senilis aetas), Cels. 7, 7, 14; — postea quam sensi populi Romani aures hebetiores, oculos autem esse acres atque acutos, Cic. Planc. 27, 66. hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt: nec est ullus hebetior sensus in vobis, Rep. 6, 18, 18; — vom Geist: id licet hinc quamvis hebeti cognoscere corde, Lucr. 4, 51. hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli pleniorem naturam, Cic. ND. 2, 6, 17. hebeti enim ingenio est, Phil. 10, 8, 17; — von der Rede u. dgl.: proinde quaedam hebes, sordida, ieiuna, vilis, tristis, ingrata oratio est, Quint. 8, 3, 49. dicamque, si potero rhetorice, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, quum populariter loquatur, esse interdum paullo hebetiorem, Cic. Fin. 2, 6, 17. hebeti - ratione, Plin. 2, 47 (46), 119. — b) vom Lebenden selbst, u. zwar α) körperlich: incessu tardum, sensu hebetem, puberem esse factum, Plin. 7, 16 (17), 76. hebes in voluptate (admissarius), Col. 6, 36, 3. quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, Tac. H. 2, 99 cogebant exercitum numero hominum ampliorem sed hebetem infirmumque, Sall. J. 54, 3. in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno, Curt. 7, 16 (4), 10. — β) geistig: quem (Epicurum) hebetem et rudem dicere solent Stoici, Cic. Div. 2, 50, 103. aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine, nec hebetem nec rudem, dOr. 1, 58, 248. hebetes illi et supra modum tardi, nos apertius dicimus, celerius intelligimus, religiosius iudicamus, Plin. Ep. 6, 2, 6. hebetes vero et indociles non magis secundum naturam homines eduntur, quam prodigiosa corpora et monstris insignia, sed hi pauci admodum, Quint. 1, 1, 2; — proin vide ne quem tu esse hebetem deputes aeque ac pecus, is sapientia munitum pectus egregie gerat, Att. Brut. 32. quod, uti est, hebes esse videtur, Ov. M. 13, 135. tu quaeso cogita, quid deinde: nam me hebetem molestiae reddiderunt, Cic. Att. 9, 17, 2. nisi qui sit plane hebes, Quint. 7, 1, 48. nisi forte tam hebes futurus est iudex, 4, 2, 66. quod (naufragium) fortuitum fuisse, quid adeo hebes inveniretur qui crederet? Tac. A. 14, 11. tanta sollertia animalium hebetissimis quoque est, Plin. 9, 30 (48), 90; non est enim pugnax in vitiis neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum, Coel. b. Cic. Fam. 8, 13, 1.

**hĕbesco**, ĕre (*Inchoat.* zu hebeo), **stumpf-, matt-, schwach-, träg werden, (sich) abstumpfen, sich abschwächen, nachlassen,** 1) v. Lebl., u. zwar in Bezug auf die Schärfe der Waffen, nur übtr.: at nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis, Cic. Cat. 1, 2, 4. si mentis acies se ipsa intuens non numquam hebescit, Cic. Tusc. 1, 30, 73; v. erblassenden Glanz: nec frustra adversus impios hebescere sidera, Tac. A. 1, 30. fulgor hebescere coeli per subitum coepit, Sil. 12, 653; von der Kraft u. Stärke einer Eigenschaft: virtus hebescere (coepit), Sall. C. 12, 1. — 2) v. Leb., u. zwar a) v. Körper: siccasque cruore inter tela siti Mavortis hebescere dextras, Sil. 8, 19; — v. den Sinnen: hebescunt sensus, membra torpent, praemoritur visus cet., Plin. 7, 50 (51), 168. hebescebant (oculi), Suet. Tib. 68. — b) v. Menschen selbst: quis reprehendat nostrum otium, qui in eo non modo nosmet ipsos hebescere et languere nolumus, sed etiam ut plurimis prosimus enitimur, Cic. Acad. 2, 2, 6. hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per fastidium et contumaciam hebescunt, Tac. H. 2, 77. excitari quosdam ad meliora magnitudine rerum, hebescere alios, A. 3, 69.

**hĕbĕtātio**, ōnis, *f.* (hebeto), die **Stumpfheit, Schwäche,** oculorum, Plin. 28, 6 (16), 58.

**hĕbĕtātrix**, īcis, *f.*, **abstumpfend,** umbra, verfinsternd, Plin. 2, 13 (10), 57.

**hĕbĕtesco**, ĕre (hebes, hebetis), **stumpf werden,** pupilla funditur et dilatatur aciesque eius hebetescit, Cels. 6, 6, 37. dolor hebetescit, Scribon. Comp. 56.

**hĕbĕto**, āvi, ātum, āre (hebes), **stumpf-, matt-, leblos-, träg machen, abstumpfen, abschwächen,**

dämpfen, entkräften, mindern, 1) Lebl., u. zw. in Bezug auf d. Schärfe der Waffen: si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostium hebetarent, Liv. 30, 35, 8. gladios etiam incuria hebetari retundique gaudebant, Plin. Pan. 18, 3. cum et semet ipsi fatigassent et hastas aut praefregissent aut hebetassent, Liv. 8, 10, 3. iam campi vallesque madent hebetataque tela, Sil. 16, 105. chelydris cantare soporem vipereumque herbis hebetare et carmine dentem, Sil. 8, 496. quod ipsum tamen (oleum), si copiosius est, aciem ferramenti hebetat, Cels. 8, 3. aciem in cultris tonsorum hebetari, Plin. 28, 7 (23), 79; in Bezug auf hervorstechende Eigenschaften anderer Dinge, wie den erblassenden Glanz der Gestirne u. dgl.: ubi alma dies hebetarat sidera, Ov. M. 5, 444. umbrā terrae lunam hebetari, Plin. 2, 13 (10), 57. u. vgl. Sil. 12, 247 sqq.; vos mihi taurorum flammas hebetastis, Ov. M. 7, 210. tu poteras fragiles pinnis hebetare zmaragdos, Am. 2, 6, 21. eos (zmaragdos) in sole hebetari, Plin. 37, 5 (18), 69. hebetata adspectu specula recipere nitorem tradit iisdem aversa rursus contuentibus, 28, 7 (23), 82; in Bezug auf den Geruch: quorundam odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur, ut violae, 21, 7 (18), 35., den Ton: vocis sermonisque regimen primores (dentes) tenent, concentu quodam excipientes ictum linguae serieque structurae atque magnitudine mutilantes mollientesve aut hebetantes verba, 7, 16 (50), 70., die Stärke u. Kraft: quibus hebetata quasi aliquibus venenis humus torpeat, Col. 3, 11, 2. gemmas earum (vitium) frigore hebetari. Plin. 17, 22 (35), 191. venena omnia hebetat (oleum), 23, 4 (40), 80. amaritudines hebetant (gummium genera), 24, 11 (64), 105; ablato duce Thebanorum rei quoque publicae vires hebetatae sunt, Justin. 6, 8, 2. prisci roboris nervos hebetari, VMax. 7, 2, 4. tristitia et cura hebetatur, Plin. 23, 1 (22), 38. — 2) Leb., u. zwar a) den Körper: ignavia corpus hebetat, labor firmat, Cels. 1, 1. animo semel et corpore hebetato, Suet. Claud. 2. torpore hebetatis artubus, VMax. 3, 8. *Ext.* 6; — die Sinne: quae (luxuries) dedita semper corporis arbitriis hebetat caligine sensus, Claud. Laud. Stil. 2, 132. hebetare sensus, Plin. 18, 12 (30), 118; errat acies luminum visusque moeror hebetat, Sen. Herc. fur. 1043. omnem, quae nunc obducta tuenti mortales hebetat visus tibi et humida circum caligat, nubem eripiam, Virg. A. 2, 604. oculorum aciem hebetare, Plin. 20, 6 (21), 47; auster aures hebetat, sensus tardat, Cels. 2, 1; — den Geist: da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen, oblitus potero non tamen esse tui, Ov. Pont. 4, 1, 17. pectora longis hebetata malis, Sen. Thyest. 926. quibus (malis) ingenia nostra in posterum quoque hebetata, fracta, contusa sunt, Plin. Ep. 8, 14, 9. omnis calor - mentem hebetat, Cels. 2, 1. — b) Lebende selbst: quantum non corpora noxia tardant terrenique hebetant artus moribundaque membra (homines pecudesque), Virg. A. 6, 731.

**hĕbĕtūdo**, ĭnis, *f.* (hebes), die Stumpfheit, Schwäche, sensuum, Macrob. Somn. Scip. 1, 14, 12. CAur. Acut. 2, 1, 1. cicatrices caecitate viae et hebetudine torpentes, Abgestorbenheit, CAur. Chron. 3, 4, 58.

**hĕcătombe**, es, *f.* (ἑκατόμβη), ein Opfer von hundert Rindern (od. anderen Thieren), hecatombe autem tale sacrificium est: centum arae uno in loco cespititiae extruuntur et ad eas centum sues, centum oves mactantur: nam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilae, et caetera huiusmodi animalia centena feriuntur, Capitol. Maxim. et Balb. 11; existunt, qui promittant hecatomben, Juv. 12, 101. ut et supplicationes decernerentur et hecatombe promitteretur a singulis, Vopisc. Tac. 12. hecatomben facere, Varr. b. Non. p. 131, 19. hecatomben fecit iussitque per omnes civitates pari supplicari sacrificio, Capit. Maxim. duob. 24. celebratis hecatombis, Treb. Poll. Gallien. duob. 9.

**hĕcătombion**, ii, *n.* (*Demin.* zu hecatombe), e. kleine Hecatombe, Sidon. Carm. 9, 205.

**hĕcătompȳlos**, on (ἑκατόμπυλος), hundertthorig, hecatompylos enim Thebas nemo non novit, Amm. 22, 16, 2; dagegen: hecatompylae appellantur (Thebae) ideo, quod centum portas habent, Hygin. *f.* 275.

**hĕcătonstȳlos**, on (ἑκατόνστυλος), hundertsäulig, theatrum, Hieron.

**hĕcătontas**, ădis, *f.* (ἑκατοντάς), die Hundert, als Zahl, monas, decas, hecatontas et mille, MCap. 7, 746. u. vgl. §. 734.

**hĕdĕra** od. **ĕdĕra**, ae, *f.* (mit der Wurzel χαδ in χανδάνω, prehendo in Verbindung gebracht v. *Curtius* Grundz. der griech. Etym. I. p. 165), der Epheu, über ihn im Allg., über die verschiedenen Arten, bes. die hedera alba (candida) u. nigra, Plin. 16, 34 (62), 144-152. u. vgl.: thymo mihi dulcior Hyblae, candidior cycnis, edera formonsior alba, Virg. Ecl. 7, 37. — Epitheta: pallens, Virg. Ecl. 3, 39. virens, Hor. Od. 1, 25, 17. serpens, Laber. 122. errantes, Virg. Ecl. 4, 19. baccifera, Sen. Oed. 413. flexipedes, Ov. M. 10, 99. tenax, Catull. 61, 34. famulares, VFlacc. 2, 268. — Gebrauch des Epheus: als Attribut des Bacchus (vgl. Macrob. Sat. 1, 19, 2): hedera est gratissima Baccho, Ov. F. 3, 767. feruntque primum omnium Liberum patrem inposuisse capiti suo (coronam) ex hedera, Plin. 16, 4 (4), 9. te (Bacche) decet - hederave mollem baccifera religare frontem, Sen. Oed. 411. Bacche, racemiferos hedera redimite capillos, Ov. F. 6, 483. Iacchus crinali florens hedera, Claud. Rapt. Pros. 1, 17. candide Liber, ades (sic sit tibi mystica vitis semper, sic hedera tempora vincta feras), aufer cet., Tibull. 3, 6, 1 sqq. redimitus hederis coronaque relatus aurea et thyrsum tenens Liber, Vell. 2, 82, 4. raptaeque insignia Bacchi induit et vultus hederarum frondibus abdit, Ov. M. 5, 698; vgl. noch: transierant iam Liberi Patris terminos, quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi arboresque procerae, quarum stipites hedera contexerat, Curt. 7, 37 (9), 15; — als Symbol der Dichter, vgl.: cuius (hederae nigrae) coronis poëtae utuntur, foliis minus nigris, quam quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant, maxumis inter nigras corymbis, Plin. 16, 34 (62), 147; doctarum hederae praemia frontium, Hor. Od.

1, 1, 29. prima feres hederae victricis praemia, Ep. 1, 3, 25. obvius huic venias hedera iuvenalia cinctus tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo, Ov. Am. 3, 9, 61. u. vgl. Virg. Ecl. 7, 25. 8, 12. nunc hederae sine honore iacent sperataque doctis cura vigil Musis nomen inertis habet, AA. 3, 411. si quis habes nostris similes in imagine vultus, deme meis hederas, Bacchica serta, comis, Trist. 1, 7, 1; bah. auch Schmuck der Muse Calliope: surgit et inmissos hedera collecta capillos Calliope querulas praetemptat pollice chordas, Ov. M. 5, 338. tunc sic, neglectos hedera redimita capillos, prima sui coepit Calliopea chori, F. 5, 79; — als Symbol der Siegesfreude: Maenades adstringunt hederis victricibus Indos, Claud. VI. Cons. Hon. 609. Lucii etiam Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta edera, Caes. BC. 3, 96, 1. u. vgl. Plin. 16, 34 (62), 144; — als Symbol der Jugend: non sine questu, laeta quod pubes hedera virenti gaudeat pulla magis atque myrto, aridas frondes hiemis sodali dedicet Euro, Hor. Od. 1, 25, 16 sqq.; — als Symbol fester Vereinigung (vgl. PDiac. p. 82, 18): artius atque hedera procera adstringitur ilex lentis adhaerens bracchiis, Hor. Epod. 15, 5. nec Damalis novo divelletur adultero lascivis hederis ambitiosior, Od. 1, 36, 18. mentem amore revinciens, ut tenax hedera huc et huc arborem implicat errans, Catull. 61, 33. tam iunctis manibus nectite vincula, quam frondens hedera stringitur aesculus, Claud. Fescenn. 4, 18; — als Verzierung: topiarium laudavi: ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis, ut denique illi palliati topiariam facere videantur et hederam vendere, Cic. III. QFatr. 1, 2, 5. u. von Bechern: lenta quibus torno facili super addita vitis diffusos edera vestit pallente corymbos, Virg. Ecl. 3, 38; — als Mittel zum Feuermachen: idonea eliciendis ignibus, sicut laurus, hederae (Epheuholz) et alia in hunc usum nota pastoribus, Sen. NQ. 2, 22, 1. nihil hedera praestantius quae teratur, lauro quae terat, Plin. 16, 40 (77), 208; — als Futter: tu tamen aut laeves hederas aut molle salictum valle premes media: sitis est pensanda tuorum, Canthe, gregum viridante cibo, Calp. 5, 110. u. vgl. Plin. 16, 24 (38), 92; — zum medicinischen Gebrauch vgl. 24, 10 (47), 75-80. 28, 9 (33), 130. u. 14 (58), 209. 21, 13 (45), 78. Cels. 2, 33. 5, 28, 4. Col. 6, 31, 2; die hederae bacae, Cels. 6, 10. Plin. 25, 13 (110), 175.

**hĕdĕrăceus** od. **hĕdĕrăcius**, auch **eder-**, a, um (hedera), von Epheu, Epheu-, frons ed., Epheuzweige, Cato RR. 54, 2. materia, 111. ed. baccae, Col. 8, 10, 4. non continet vinum vas ederaceum, Cato RR. 111. vgl. mit Plin. 16, 35 (63), 155; auch = epheufarbig, -grün, calceos mulleos et cereos et albos et hederacios viris omnibus tulit (nahm er, verbot er), mulieribus reliquit, Vopisc. Aurel. 49.

**hĕdĕrātus** od. **eder-**, a, um (hedera), mit Epheu geschmückt, te cano, qui gravidus hederata fronte corymbis vitea serta plicas, Calp. 10, 18. lascivosque choros hederatis ducere pompis, Paul. Nol. 26, 278. Liberum - Harpocration industria hederatum argumentatur, quod cet., Tert. cor. mil. 7; künstlich: patina argentea hederata, Treb. Poll. Claud. 17.

**hĕdĕrĭger** od. **ederiger**, ĕra, ĕrum (hedera u. gero), epheutragend, Maenades ederigerae, Catull. 63, 23.

**hederōsus** od. **eder-**, a, um (hedera), epheuumrankt, lucus erat felix hederoso conditus antro, Prop. 5 (4), 4, 3.

**hēdŭphăgētica**, ōrum, *n.*, Titel eines Gedichtes des Ennius, vgl. *Vahlen*, Ennii reliquiae p. XCI sq. u. ein Fragment desselben p. 166. nach Apul. *c.* 39. p. 484. *Oud.*

**hēdychrum**, i, *n.* (ἡδύχρουν), ein angenehm duftendes Räucherwerk, collocemus in culcita plumea, psaltriam adducamus, hedychri incendamus scutellam, dulciculae potionis aliquid videamus et cibi, Cic. Tusc. 3, 19, 46.

**hēdyosmos**, i, *m.* (ἡδύοσμος), die wohlriechende Münze, bituminis drachma et hedyosmi pari pondere, Plin. 35, 15 (51), 181. u. vgl. 19, 8 (47), 159.

**hēdypnoïs**, ĭdis, *f.* (ἡδυπνοΐς), eine Art Cichorie, der Sumpflöwenzahn, est et silvestre genus (cichorii), alii hedypnoida vocant, latioris folii, Plin. 20, 8 (31), 75.

**hēdysma**, ătis, *n.* (ἥδυσμα), eine angenehm duftende Ingredienz zu Salben, Parfüm, ratio faciendi (unguenti) duplex, sucus et corpus: ille olei generibus fere constat, hoc odorum: haec stymmata vocant, illa hedysmata, Plin. 13, 1 (2), 7.

**hehae**, *Interj.*, Ausdruck des Lachens, Enn. 333.

**hei** od. **ei**, *Interj.*, wehe! ach! mein Gott! Ausdruck der Furcht, des Schreckens, Staunens, Tr. ei! Si. quid est? Tr. heu me miserum: occidi! Si. qui? Tr. quia venit navis, nostrae navi quae frangat ratem, Plaut. Most. 3, 2, 50. ei, vereor nequid Andria adportet mali, Ter. Andr. 1, 1, 73 (46); hei mihi, metuo, Plaut. Bacch. 5, 2, 55. eine ego ut advorser? ei mihi! incertum'st quid agam, Ter. Andr. 1, 5, 28. ei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu? Virg. A. 12, 620. hei mihi! conclamat, medioque in pectore fixa tela gerit, Ov. M. 6, 227. illic indocto primum se exercuit arcu: hei mihi, quam doctas nunc habet ille manus! Tibull. 2, 1, 69. hei mihi, hei mihi, perdidit illum istaec adsentatio, Plaut. Bacch. 3, 3, 7; ei mihi misero: savium speculo dedit, Plaut. Most. 1, 3, 108. hei misero frater adempte mihi, hei misero fratri iucundum lumen ademptum, Catull. 68, 92.

**heiă** od. **eiă**, *Interj.* (vgl. *Lachm.* zu Lucr. p. 163 sq.), ei! ih! he! Ausdruck der eigenen inneren Aufregung über etw. oder der Aufregung u. Ermunterung Anderer zu etw. (vgl.: hortandi „eia", Prisc. p. 138, 14), heia, quam ferocula est! Turpil. 107. heia, corpus quoiusmodi, Plaut. Rud. 2, 4, 8. heia, ut elegans est, Ter. Heaut. 5, 5, 19. u. vgl. Phaedr. 5, 6, 3. heia, habe bonum animum, Plaut. Bacch. 4, 3, 16. heia, haud sic decet, Ter. Eun. 5, 8, 35; heia, scimus nos quidem te qualis sis: ne praedices, Plaut. Pseud. 1, 3, 41. He. at ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo. St. eia, credo ego, inperito

plagas minitaris mihi, Capt. 5, 2, 9. heia, sudabis satis, si cum illo inceptas homine, Ter. Phorm. 4, 3, 23. sed Plesidippus tuus herus ubi amabo'st? Tr. heia vero, quasi non sit intus, Plaut. Rud. 2, 3, 10. nunc video in illarum potestate esse te. Ph. heia vero, Ter. Hec. 2, 2, 8. u. vgl. Cic. Rep. 3, 5, 8; heia, mastigia ad me redi. Tr. iam isti ero, Plaut. Most. 3, 2, 52. heia tu, cum proxime res agentur, quoquo modo ad iudicandum veni, Plin. Ep. 4, 29, 1. ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros, hostis adest, heia! Virg. A. 9, 37. vos hinc mutatis discedite partibus: eia, quid statis? nolint, Hor. Sat. 1, 1, 18. heia age, rumpe moras, Virg. A. 4, 569. u. so Stat. Achill. 2, 198. eia, per ipsum scande, age, VFlacc. 8, 110. eia, ne prior officio quisquam respondeat, urgue, Hor. Sat. 2, 6, 23. eia, incute muris umbonem Iliacis, Sil. 12, 514.

**heic**, *Adv.*, s. hic.

**helciārius**, ii, *m.*, **der Schiffe stromaufwärts zieht**, quem nec rumpere nauticum celeuma nec clamor valet helciariorum, cum sit tam prope Mulvius, Mart. 4, 64, 21. curvorum - chorus helciariorum ad Christum levat amnicum celeusma, Sidon. Ep. 2, 10.

**helcium**, ii, *n.* (v. ἕλκω), das **Halsjoch**, helcio sparteo dimoto, Apul. M. 9, 12.

**helcysma**, ătis, *n.* (ἕλκυσμα, das Abgezogene), **Silberschlacken**, scoriam in argento Graeci vocant helcysma, Plin. 33, 6 (35), 105.

**hĕlĕnium** od. **helenion**, ii, *n.* (ἑλένιον), der **Gamander**, helenium e lacrimis Helenae dicitur natum et ideo in Helene insula laudatissimum: est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, serpyllo simili folio, Plin. 21, 10 (33), 59; über seinen Gebrauch vgl. 14, 16 (19), 118. 15, 7 (7), 30. u. bes. 21, 21 (91), 159. Cels. 5, 11, 1.

**hĕlĕŏsĕlīnon** od. **hĕlīŏsĕlīnon**, i, *n.* (ἑλειοσέλινον), der **Sumpfeppich**, d. wilde **Sellerie**, Plin. 20, 11 (46), 117. u. vgl. 19, 8 (37), 124. Pallad. 5, 3, 2.

**hĕlĕpŏlis**, *Acc.* -im, *f.* (ἑλέπολις), der Städteeinnehmer, eine Belagerungsmaschine, von Demetrius Poliorcetes bei der Belagerung von Rhodus mit Hülfe des Atheners Epimachus erfunden, von dem es bei Vitruv heißt: is autem comparavit helepolim sumptibus immanibus industria laboreque summo, cuius altitudo fuerat pedum CXXV, latitudo pedum LX: ita eam ciliciis et coriis crudis confirmavit, ut posset pati plagam lapidis ballista immissi pondo CCCLX: ipsa autem machina fuerat pondo CCCLX, 10, 22; eine Beschreibung dieser Maschine gibt Amm. 23, 4, 11-13.

**hēlianthes** vocat (Democritus) in Themiscyrena regione et Ciliciae montibus maritimis, folio myrthi: hac cum adipe leonino decocta addito croco et palmeo vino perungui Magos et Persarum reges ut fiat corpus adspectu iucundum, ideo eandem heliocallida nominari, Plin. 24, 17 (102), 165.

**hĕlīce**, es, *f.* (ἑλίκη), der **große Bär**, als Sternbild (v. ἑλίσσειν so genannt, weil es sich stets um den Nordpol dreht), esse duas arctos, quarum cynosura petatur Sidoniis, helicen Graia carina notet, Ov. F. 3, 107. Graiis helice servanda magistris, VFlacc. 1, 17. u. vgl. Grat. Cyn. 55. u. Cic. Acad. 2, 20, 66; meton. vom **Norden**, Thraciae si quis Rhodopes alumnus durior terris helices nivosae pascet humano stabulum cruore? Sen. Herc. Oet. 1539.

**hĕlichrȳsus** (ἑλίχρυσος) od. **helīochrȳsus**, i, *m.* (ἑλειόχρυσος), eine rankenartige Pflanze mit goldgelber Blüthe, vgl. Plin. 21, 11 (38), 65 sq., auch chrysanthemus genannt, vgl. 21, 25 (96), 168.

**hĕlīocallis**, īdis, *f.* (ἑλειοκαλλίς), s. helianthes.

**hēlĭŏcămīnus**, i, *m.* (ἡλιοκάμινος), ein gegen die Sonnenseite gelegenes Zimmer, Plin. Ep. 2, 17, 20.

**hĕlīochrȳsus**, i, *m.*, s. helichrysus.

**hĕlīon**, īi, *n.* (ἕλειον), **Sumpf-, Zwergholunder**, sabucus habet alterum genus magis silvestre, quod Graeci chamaeacten, alii helion vocant, multo brevius, Plin. 24, 8 (35), 51.

**hēlioscŏpium**, ii, *n.* (ἡλιοσκόπιον), die **gemeine Sonnenwende**, als Art der Pflanze heliotropium, Plin. 22, 21 (29), 57.

**hēlioscŏpios**, ii, *m.* (ἡλιοσκόπιος), **Sonnenwolfsmilch**, beschrieben b. Plin. 26, 8 (41), 68.

**hĕlīŏsĕlīnon**, i, *n.*, s. heleoselinon.

**hēlĭŏtrŏpium**, ii, *n.* (ἡλιοτρόπιον), 1) b. Pflanze **Sonnenwende**, vgl. heliotropi miraculum saepius diximus cum sole se circumagentis etiam nubilo die, tantus sideris amor est: noctu velut desiderio contrahit caeruleum florem, u. weiterhin von den Arten u. dem medicinischen Gebrauch derselben, Plin. 22, 21 (29), 57-61. Varr. RR. 1, 46; griech. u. herba solaris gen., b. Cels. 5, 27, 5. — 2) der **Sonnenwendestein**, der grüne Jaspis mit blutrothen Adern, Plin. 37, 10 (60), 165. u. Genaueres b. Solin. 27, 36; heliotropios genannt b. MCap. 1, 75.

**hĕlix**, īcis, (ἕλιξ), I) *f.* 1) der **Winde-, Kriechepheu**, est enim candida aut nigra hedera tertiaque quae vocatur helix, Plin. 16, 34 (62), 145. u. Näheres, §. 148 fg. — 2) die **Wickelweide**, eine Art der Bachweide, in Asia tria genera (der Weiden) observant: nigram utiliorem viminibus, candidam agricolarum usibus, tertiam quae brevissima est helicem vocant, 16, 37 (69), 177. — 3) eine Schneckenart = actinophoros, im Plur. helices, 32, 11 (53), 147. — II) *m.*, ein **Schnörkel** an dem Kapitäl der korinthischen Säulen, minoresque helices intra suum medium, qui est in abaco flori subiecti scalpantur, Vitr. 4, 1, 12.

**hellĕbŏrīne** od. **elleb-**, es, *f.* (ἑλλεβορίνη), eine Art **Nießwurz**, epicactis ab aliis elleborine vocatur, parva herba, exiguis foliis, iocinoris vitiis utilissima et contra venena pota, Plin. 27, 9 (52), 76. u. vgl. dagegen: epicactis, quem alii embolinen vocant, parvis foliis quae pota contra venena prosunt sicut ericus contra serpentes, 13, 20 (35), 114.

**hellĕbŏrismus**, i, *m.* (ἑλλεβορισμός), **e. aus Nießwurz bereitetes Purgirmittel**, CAur. chron. 1, 4, 109.

**hellĕbŏrītes**, ae, *m.* (ἑλλεβορίτης), der **Nießwurzwein**, helleboriten fieri ex veratro nigro Cato docet, Plin. 14, 16 (19), 110.

**hellĕbŏro**, āre, mit Nieswurz purgiren, CAur. chron. 4, 3, 77.

**hellĕbŏrōsus** od. **elleb-**, a, um, der viel Nieswurz nöthig hat, nicht recht bei Verstand ist, sum elleborosus, Plaut. Rud. 4, 3, 67.

**hellĕbŏrus**, i, *m.* u. **hellĕbŏrum**, i, *n.* od. **elleb-**, (ἐλλέβορος; auch: helleboros, Col. 10, 17), Nieswurz, vgl. im Allg., Plin. 25, 5 (21-25), 47-61; Italia veratrum appellat, §. 52., eingetheilt in candidum od. album u. nigrum, §. 48. Col. 7, 5, 7. Pallad. 1, 35, 9. Gell. 17, 15, 4 sqq. farina eorum per se et mixta - sternumentum facit amboque somnum, Plin. 25, 5 (21), 52. u. vgl. Sen. Ep. 12, 1, 27 (83). optumum quod acre gustu fervensque in frangendo pulverem emittit, §. 53., daher: tristis gen., Catull. 99, 14. u. elleborosque graves, Virg. G. 3, 451; über den medicin. Gebrauch, vgl. die Stelle des Plinius, insbes. als Mittel gegen Wassersucht, Pers. 5, 100., vorzugsw. aber gegen Seelenkrankheiten (bei Ov.: purgantes pectora suci genannt, Pont. 4, 3, 53): elleborum hisce hominibus opus est, Plaut. Pseud. 4, 7, 89. helleborum potabis faxo aliquos viginti dies, Men. 5, 5, 47. non potest haec res ellebori unguine optinerier, Men. 5, 5, 15. danda est hellebori multo pars maxima avaris, Hor. Sat. 2, 3, 82. insanire omnes dicimus, nec tamen omnes curamus elleboro, Sen. Ben. 2, 35, 2; Carneades Academicus scripturus adversus Stoici Zenonis libros superiora corporis elleboro purgavit, ne quid ex corruptis in stomacho umoribus ad domicilia usque animi redundaret et instantiam vigoremque mentis labefaceret, Gell. 17, 15, 1. Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter elleboro animum detersit, Petron. 88, 4. idem cum Chrysippo disputaturus elleboro ante se purgabat ad expromendum ingenium suum adtentius et illius refellendum acrius, VMax. 8, 7. *Ext.* 5. u. vgl. MCap. 4, 327.

**helluatio**, **helluo**, **helluor**, s. hel-.

**hĕlops** od. **ĕlops** od. **ellops**, ŏpis, *m.* (ἔλλοψ), der Scherg, eine Art Störe (vgl. Plin. 9, 17 od. 27, 60), Surrenti face emas helopem, glaucum cape Cumis, Enn. Heduph. 6. pretiosus elops, nostris incognitus undis, Ov. Hal. 96. vgl. mit Plin. 32, 11 (54), 153. nec helopem nostro mari ducas, Quint. 5, 10, 21. helops, qui Pamphylio profundo nec alio pascitur, Col. 8, 16, 9. ellops ad Rhodon, Varr. RR. 2, 6, 2. helops Rhodius, Gell. 6 (7), 16, 5.

**hēluātio** od. **helluatio** od. **elluātio**, ōnis, *f.* (heluor), die Schwelgerei, Schlemmerei, quumque ludibriis et helluationi vacaret, Treb. Poll. Gallien. duob. 4. cur in lustris et heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessavit? Cic. post. red. in sen. 6, 13.

**heluella**, ae, *f.*, s. helvella.

**hēluo** od. **helluo** od. **elluo**, ōnis, *m.*, der Schwelger, Schlemmer, Verprasser (vgl.: heluo dictus est immoderate bona sua consumens, PDiac. p. 99, 10), gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus, Ter. Heaut. 5, 4, 12, ille gurges atque heluo, natus abdomini suo, Cic. Pis. 17, 41; ut impurus heluo turbet rem publicam, ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat ac dissipet, ut sit non minus in populi Romani patrimonio nepos quam in suo, Cic. Agr. 1, 1, 2. tu heluoni spurcissimo, praegustatori libidinum tuarum, homini egentissimo et facinerosissimo - omne frumentum - tradidisti, Dom. 10, 25; — me ipsum ut contempsit heluo patriae! nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, quum quasi quaestum faceret, amisit? Cic. Sest. 11, 26; — Melexia! intus cessas? credo hercle helluo tuburcinatur, Turpil. 1. quae elluones isti terra et mari conquirunt, Gell. 6 (7), 16, 2.

**hēluor** od. **helluor** od. **elluor**, atus sum, āri, schlemmen, schwelgen, verprassen, a) eig.: parum expatravit an parum elluatus est, Catull. 29, 16. quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, heluabere, ut cet., Cic. Sest. 52, 111. quibuscum iam in exostra heluatur, Prov. cons. 6, 14; — heluato patrimonio, Virg. Cat. 5, 11. — b) übtr.: viribus Romani populi, Lamprid. Com. 3. quo magis tum in summo otio maximaque copia quasi heluari libris, si hoc verbo in tam clara re utendum est, videbatur, Cic. Fin. 3, 2, 7; — ille gurges, heluatus tecum simul rei publicae sanguinem, Dom. 47, 124.

**helus**, **holus**, s. olus.

**helvacea** genus ornamenti Lydii, dictum a colore boum, qui est inter rufum et album, appellaturque helvus, PDiac. p. 99, 12.

**helvella** od. **heluella** (eluella), ae, *f.* (helus), grünes Gemüse, lenti calido, eluella et rapula, rumice, Titin. 163. fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius, Cic. Fam. 7, 26, 2; vgl. **helvēla**, olera minuta, PDiac. p. 103, 7.

**helvennācus** od. **helvĕnācus** od. **helvĕnācius** od. **elv-**, a, um (helvus), gelblich, fertilitas commendat ceteras (vites) principemque helvennacam: duo eius genera: maior, quam quidam longam, minor, quam marcum appellant, non tam fecundam sed gratiorem haustu, u. vgl. die weitere Beschreibung Plin. 14, 2 (4), 32. mit Col. 3, 2, 25. u. Comment. p. 140; so: helvennaca vitis, Plin. 14, 9 (11), 84. elvenaci generis (palmites), Col. 5, 5, 16. tres helvenaciae (vites), 3, 2, 25 (im P. C. hennacae).

**helveŏlus**, a, um (helvus), gelblich, ibi - helveolum minusculum conserito, Cato RR. 6, 4. u. so Varr. RR. 1, 25., aber bei Plin.: helvium minusculum conserito, 14, 4 (5), 46; vgl. *Schneider* zu Colum. Comment. p. 140., der das Wort auf die Helvi, einem Volksstamm der Gallia Narbonensis zurückführt, vgl. Plin. 3, 4 (5), 36. u. Alba Helvia vitis, 14, 3 (4), 43. Arverno Sequanoque et Helvico generibus non pridem inlustrata (vitis), 14, 1 (3), 18; helveolum vinum, Cato RR. 24, 2.

**helvius**, a, um, s. helveolus.

**helvŏlus**, a, um (helvus), gelblich, sunt et helvolae (uvae), quas nonnulli varias appellant, neque purpureae neque nigrae, ab helvo, nisi fallor, colore vocitatae, Col. 3, 2, 23., auch erwähnt 3, 21, 3; doch vgl. helveolus.

**helvus**, a, um, gelb, qui (color boum) est inter rufum et album appellaturque helvus,

PDiac. p. 99, 12. colore potissimum nigro, dein robeo, tertio helvo, quarto albo (in Bezug auf die Rinder), Varr. RR. 2, 5, 8. color, Col. 3, 21, 3.

**hem** od. **em**, *Interj.*, hier, dahier, da, sieh da, ei sieh da, nun sieh, nun da, Ausdruck dessen, der lebhaft auf etw. hinzeigt, hindeutet, aufmerksam macht, Ch. Stasime. St. hem. Ch. strenue curre in Piraeum cet., Plaut. Trin. 4, 4, 10. D. cedo manum: nolo equidem te adfligi. C. hem tene, Most. 1, 4, 20. hem, hac abiit, si vis persequi vestigiis, Men. 4, 1, 8; — Ch. audivi, inquam, a principio. Da. audistin, obsecro? hem scelera, Ter. Andr. 4, 4, 46. hem astutias: quod si quiessem, nil evenisset mali, 3, 4, 25; — hem istoc verbo animus mi redit et cura ex corde excessit, Hec. 3, 2, 20. hem, quid hoc boni'st? eu, edepol specie lepida mulierem, Plaut. Rud. 2, 4, 2. hem, te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam male ne abisses, Pseud. 4, 1, 7. u. vgl. As. 3, 3, 114. em, istuc volueram, Ter. Heaut. 4, 8, 25; — hem mi istuc certum erat: concede huc, Plaut. Capt. 2, 1, 10. hem, istuc verbum, mea voluptas, vile'st viginti minis, Most. 1, 3, 139. hem istuc si potes memoriter meminisse, est nobis spes in hac astutia, Capt. 2, 1, 52. Ph. huic quid primum dicam nescio. Pa. hem, istuc quod mihi dixti, Curc. 1, 2, 36. hem, istis mihi tu hodie manibus argentum dabis, Pseud. 1, 5, 103. hem, illius servos huc ad me argentum attulit, 4, 6, 29. hem, istoc verbo vindictam para, Curc. 1, 3, 56. hem, istaec ratio maxuma'st, Trin. 2, 4, 11; qui nunc? doletne? hem sic datur, si quis erum servos spernit, Pseud. 1, 2, 22. hem isto parentum est vita vilis liberis, ubi malunt metui, quam vereri se ab suis, Afr. 33. hem, ista virtus est, quando ussu'st, qui malum fert fortiter, Plaut. As. 2, 2, 57. em, hic ille est de illis, maxime qui irridere atque obiurgare solitus est, Cic. Fam. 13, 15, 1; — Ph. set si hic animus occupatu'st, mater, quid faciam? mone. Ch. hem, meum caput contemples, si quidem ex re consultas tua, Plaut. As. 3, 1, 33. Le. quid nunc consili captandum censes? dice. Li. hem istuc ago, quo modo cet., 2, 2, 91. Pa. obsecro te, quam primum hoc me libera miserum metu. Da. hem libero, Ter. Andr. 2, 2, 14. Py. quid illuc quod dico? Ar. hem, scio iam quid vis dicere, Plaut. Mil. gl. 1, 1, 36. He. set si venturu's, temperi. Er. hem, vel iam otium'st, Capt. 1, 2, 80; — hem, quid ais? mane, Servi, quaeso, Afran. 95. hem quid hoc? perii, pertimui! 394. Pa. Ampelissa. Am. hem, quis est? Pa. ego, Plaut. Rud. 1, 4, 17. hem, id te oro ut ante eamus, Ter. Andr. 3, 3, 24. Li. memini: quid tum postea? Le. hem: ergo is argentum huc remissit, quod daretur Saureae, Plaut. As. 2, 2, 68. occepi mecum cogitare: „hem, biduom hic manendum'st soli sine illa?" Ter. Eun. 4, 2, 8. Pa. cedo igitur quid faciam, Dave. Da. dic te ducturum. Pa. hem. Da. quid est? Pa. egon' dicam? Da. quor non? Pa. numquam faciam, Andr. 2, 3, 9. u. vgl. 2, 5, 8 sqq. Eun. 5, 1, 10. Sim. vidi efferri mortuom. Th. hem, novom, Plaut. Most. 4, 3, 8. He. salveto, exoptate gnate mi. Ty. hem: quid, gnate mi? attat, scio quor te patrem esse adsimules et me filium, Capt. 5, 4, 9. u. vgl. Mil. gl. 2, 5, 9. As. 2, 4, 29. 3, 3, 115. Ter. Andr. 1, 1, 88. 1, 5, 13. 35. 1, 2, 23. 2, 6, 3. Eun. 4, 4, 22. 5, 4, 40. 5, 6, 16. Heaut. 1, 1, 76. Ad. 4, 2, 20. em, ibi tu quicquam nasci putas posse aut coli natum? Varro RR. 1, 2, 5. hem, Postume, tune es C. Curti filius, C. Rabirii iudicio et voluntate filius, natura sororis filius? Cic. RPostum. 17, 45. u. vgl. Fam. 14, 2, 2; — audi: hem tibi'st imperatum, Plaut. Most. 1, 4, 1. hem, mea Sostrata, vide quam rem agas, Ter. Ad. 3, 2, 45. Dav. hem quid narras? Sy. em, vide ut discidit labrum, 4, 2, 20. hem, nunc iam ergo: sic volo, Plaut. Amph. 1, 1, 151; — ergo ambula in ius: hem tibi, Curt. 5, 2, 26. hem ergo hoc tibi, As. 2, 4, 25. em tibi, rescivit omnem rem, Ter. Ad. 5, 3, 4.

**hēmĕrēsios**, on (ἡμερήσιος), an einem Tage vollendet, absolvit uno die tabellam quae vocata est hemeresios puero picto, das Eintagsbild, Plin. 35, 11 (40), 124.

**hēmĕris**, ĭdis, *f.* (ἡμερίς), die Sommereiche, in ipsis vero arboribus (den Eichbäumen) quae maxumam (glandem) fert hemeris vocatur, brevior et in orbem comosa alasque ramorum crebro cavata, Plin. 16, 6 (8), 22. u. gallam hemeris optumam et coriis perficiendis aptissimam (fert), 6 (9), 26.

**hēmĕrŏbios**, on (ἡμερόβιος), einen Tag lebend, Hypanis fluvius in Ponto circa solstitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre quadripes supra dicti (des Pyralis) modo, nec ultra unum diem vivit, unde hemerobion (das Eintagsthier) vocatur, Plin. 11, 36 (43), 120.

**hēmĕrŏcalles**, is, *n.* (ἡμεροκαλλές), die Trichterlilie, h. pallidum e viridi et molle folium habet, radice odorata, quae bulbosa cum melle inposita ventri aquas pellit u. s. w., Plin. 21, 21 (90), 158. u. vgl. 21, 10 (33), 59.

**hēmĕrŏdrŏmos** od. **-drŏmus**, i, *m.* (ἡμεροδρόμος), ein Tageslaufer, Eilbote, hemerodromos vocant Graeci ingens die uno cursu emetientes spatium, Liv. 31, 24, 4. Phidippum cursorem eius generis, qui hemerodromoi vocantur, Lacedaemonem miserunt, Nep. Milt. 4, 3. vgl. mit Plin. 2, 71 (73), 181.

**hēmĭcillus**, i, *m.*, bei Cic.: ad Caesarem quam misi epistolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere, nec id fuit, quod suspicaris, ut me puderet tui, ne ridicule hemicillus, nec mehercule scripsi aliter ac si πρὸς ἴσον ὅμοιονque scriberem. Bene enim existimo de illis libris, ut tibi coram. Itaque scripsi et ἀκολακεύτως et tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius, Att. 13, 51, 1. sehr zweifelh.

**hēmĭcrānium**, ii, *n.* (von ἡμικράνιος), Schmerz an der einen Hälfte des Kopfes, dah. Migräne (st. Hemigräne), MEmpir. u. spät. Aerzte, bei den Griech. **hemicrania** (ἡμικρανία), u. so b. CAur. Chron. 1, 1, 4.

**hēmĭcyclium**, ii, *n.* (ἡμικύκλιον), der Halbkreis, Vitr. 5, 2, 8 (14. 15). öft. Plin. Ep. 5, 6, 33. Censorin. fragm. p. 84, 3 MCap. 6, 603. 638. 712; meton. a) ein halbkreisförmiger Lehnsessel, in Zimmern, Cic. Am. 1, 2., an öffentlichen Plätzen, Suet.

Gr. 17. — b) eine halbkreisförmige Sonnenuhr, Vitr. 9, 6 (9), 1.

**hēmĭcȳlindrus**, i, *m.* (ἡμικύλινδρος), ein Halbcylinder, Vitr. 9, 3 od. praef. 14.

**hērēdium**, ii, *n.* (heres), das **Erbgut**, bina iugera quod a Romulo primum divisa viritim, quae heredem sequerentur, heredium appellarunt, Varr. RR. 1, 10, 2. M. Cato - versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat, Nep. Cat. 1, 1. als praedium parvulum erkl. v. PDiac. p. 99, 19; daß hered. ursprünglich „ein Jemandem zugehöriger abgegrenzter Grundbesitz" bedeutete, scheint aus folgenden Worten des Plinius hervorzugehen: in XII. tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero heredium, 19, 4 (19), 50., vorausgesetzt, daß heres zur Wurzel χερ in χείρ u. s. w. gehört, vgl. *Curtius* Grundz. d. griech. Etym. I., p. 167 fg.

**hērēs**, hērēdis, *m.* („hêr-ê(d)s darf wohl für ein Denominativ gelten von dem nur bei Lucil. b. Cic. Fin. 2, 8 erhaltenen hir st. hêr = χείρ, hieße also etwa χειρίζων der Händiger," *Curtius* Grundz. d. griech. Etym. I. p. 167 fg. u. vgl.: heres apud antiquos pro domino ponebatur, PDiac. p. 99, 19; im *Acc.*: herem, Naev. 58; als *m.* bezeichnet b. Charis. p. 102, 20., als *c.* b. Prisc. I. p. 243, 8), der **Erbe**, 1) eig., a) im Allg.: P. Novanius Gallio - heres esto, Quint. 9, 2, 35. quod heres erat, Cic. Mil. 19, 49. postquam se vidit esse heredem, desubito divortium fecerunt, Nov. 89. harum enim opum regiarum utique populus est heres, Curt. 10, 21 (6), 23. occisum eum heredemque se compererat, Suet. Aug. 8. u. vgl.: satius est quam te ipso herede haec possidere Bacchidem, Ter. Heaut. 5, 2, 16. paterni clarus imperii comes et certus heres, Sen. Hippol. 1112. multo quam servum potiorem filium regis regni heredem, Liv. 1, 48, 2. u. vgl. Claud. in Rufin. 2, 163. III. Cons. Hon. praef. 13. VI. Cons. Hon. 76; quoi ego adaeque heres eram, Plaut. Men. 3, 2, 28. heres est M. Mindio fratri suo, Cic. Fam. 13, 26, 2. Dinaeam, cui tu es heres, pater tuus non manifesto necavit? Cluent. 14, 40. quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, ut is non nato filio heres esset, qui mortuo? Quint. 7, 6, 10. audisse se ex defuncto - heredem sibi Caesarem esse, Suet. Dom. 12. praesto est mihi Manius heres, Pers. 6, 56. at tu, meus heres, quisquis eris, cet., 6, 41. codice saevo heredes vetat esse suos, bona tota feruntur ad Phialen, Juv. 10, 237. quem quis heredem suum esse voluit, carum habuit cet., Quint. 5, 10, 74. de suis et legitimis heredibus, Dig. lib. 38. tit. 16; quorum heredes non extabant, Suet. Tit. 8. ne desit fascibus heres, Claud. Mall. Th. cons. 337. non unus tibi rivalis dictabitur heres, Juv. 6, 218. mox decolor heres impleret tabulas (das Testament), 6, 600. qui caverat, ut - senatoribus certam summam viritim praestaret heres suus, Suet. Dom. 9. Archidaeus - nunc solus heres cet., Curt. 10, 22 (7), 2. perpetuus nulli datur usus et heres heredem alterius velut unda supervenit undam, Hor. Ep. 2, 2, 175. non in Cn. Pompeii locum multorumque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat, Cic. Phil. 2, 25, 62. postremum expellet certe vivacior heres, Hor. Sat. 2, 2, 132. pupillumve utinam, quem proximus heres impello, expungam! Pers. 2, 12. instat - morientibus heres, Claud. BGild. 165. lethargo grandi est oppressus, ut heres iam circum loculos et claves - curreret, Hor. Sat. 2, 3, 145. neque Attali ignotus heres regiam occupavi, Od. 2, 18, 6. u. vgl. Claud. in Rufin. 1, 192. exstructis in altum divitiis potietur heres, Hor. Od. 2, 3, 20. avidus iam haec (bona) auferet heres, Sat. 2, 3, 151. absumet heres Caecuba dignior servata centum clavibus, Od. 2, 14, 25. filius aut etiam haec libertus ut ebibat heres, dis inimice senex, custodis? Sat. 2, 3, 122. cadaver unctum oleo largo nudis humeris tulit heres, scilicet elabi si posset mortua, 2, 5, 85. sed cenam funeris heres negliget iratus, quod rem curtaveris, Pers. 6, 33. heredes Staberi summam incīdĕre sepulcro, Hor. Sat. 2, 3, 84. u. vgl. *vs.* 91. sustinuit tantas operum subvertere moles, totque suas heres perdere Caesar opes, Ov. F. 6, 646; — quem suis bonis heredem cupiebat, Cic. Caecin. 5, 12. dignam, ex qua ipse regni generaret heredes, Curt. 6, 19 (5), 30. heredem ferre honestiu'st, quam quaerere, Syr. 186. externus in regnum quaeritur heres, Virg. A. 7, 424. an - summae potestatis heredem tantum intra domum tuam quaeras? Plin. Pan. 7, 6. scripserunt heredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, Cic. Off. 3, 18, 73. quod aliter heredem eum scripturus ille non esset, 3, 24, 93. u. vgl. dOr. 1, 38, 175. mage fidus heres nascitur quam scribitur, Syr. 262. quis pauper scribitur heres? Juv. 3, 161. u. vgl. 9, 87. in testamento Ptolomaei patris heredes erant scripti ex duobus filiis maior et ex duabus filiabus ea, quae aetate antecedebat, Caes. BC. 3, 108, 3. u. vgl. Quint. 3, 6, 98. Suet. Caes. 83. Plin. Pan. 43, 1; male secum agit aeger, medicum qui heredem facit, Syr. 270. eumque heredem fecit, quom ipse obiit, diem, Plaut. Men. prol. 62. harum autem matrem fecit heredem senex sub conditione, totam ut fortunam tribus aequaliter distribuat, Phaedr. 4, 5, 7. quum - testamentum mutasset (pater) et, quem ei visum esset fecisset heredem, Cic. dOr. 1, 38, 175. testamento fecit heredem filiam, II. Verr. 1, 43, 111. u. vgl. Off. 3, 24, 93. Inv. 2, 21, 62. Caecin. 5, 11. u. 12. Fam. 12, 26, 1. Eutr. 6, 6. quem palam heredem semper factitarat, Cic. Phil. 2, 16, 41; eum adoptavit et testamento pariter cum filiis heredem instituit, Sall. J. 9, 3. testamentum fecit eius modi, ut illi filio HS CCC milia legaret, heredem institueret eundem illum Oppianicum, Cic. Cluent. 7, 22. u. vgl. Quint. 8, 5, 17. Suet. Caes. 83. Cal. 24. Plin. Ep. 5, 7, 1. heredem eum esse posse, qui esset secundum postumum et natum et mortuum heres institutus, Cic. dOr. 1,

39,180. per leges institui uxor non potuit heres, Quint. 9, 2, 74. u. vgl. 3, 6, 97; etiam de Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis, Suet. Aug. 17; cui substitutus heres erat, Galb. 9; parvos tres habet heredes, Juv. 12, 95. u. vgl.: testamentum - Tiberium et Liviam heredes habuit, Tac. A. 1, 8; heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium, Cic. Quinct. 4, 14. u. so vgl. Suet. Cal. 38. Plin. Ep. 4, 10, 1. Eutr. 4, 18. 7, 1. Attalus heredem voluit te Roma relinqui, Claud. in Eutr. 1, 215; tollere dulcem cogitat heredem, Juv. 6, 39. quae - heredem familiae - sustulisset, Cic. Cluent. 11, 32; homo voluptati obsequens fuit, dum vixit: et qui sic sunt, haud multum heredem iuvant, Ter. Hec. 3, 5, 9. si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur, Cato frg. p. 14, 1. heredes monumentum ne sequeretur, Hor. Sat. 1, 8, 14; — quatuor antiquis quae heredibus est data consors, Virg. Cir. 15. cum - indignoque pecuniam heredi properet, Hor. Od. 3, 24, 59. extorta per vim pecunia heredibus ad gladiatorium munus, Suet. Tib. 37. displicet heredi mandati cura sepulchri, Ov. F. 5, 657; — heredis fletus sup persona risus est, Syr. 187. tibi dico, avare, gaudium heredis tui, Phaedr. 4, 20, 18. parcus ob heredis curam nimiumque severus assidet insano, Hor. Ep. 1, 5, 13. cuncta manus avidas fugient heredis, amico quae dederis animo, Od. 4, 7, 19; — sine certo regis herede publicas vires ad se quemque tracturum, Curt. 9, 16 (5), 12. caverunt, ut ab heredibus suis - victimae in Capitolium ducerentur, Suet. Aug. 59. — b) mit näheren Bestimmungen: hereditatem, quamquam ipse heres in parte legeretur, tradidit Servilio, Tac. A. 2, 48. nec defuēre, qui monerent, magna ex parte heredem Caesarem nuncupare, 16, 11. heredes aequis partibus reliquit, Suet. Tib. 76. u. vgl. Phaedr. 4, 5, 7. ex asse heres, Quint. 7, 1, 20. facit heredem ex deunce et semuncia Caecinam, Cic. Caecin. 6, 17. heredem fecit ex dodrante, Nep. Att. 5, 2. testamento tres instituit heredes sororum nepotes, Gaium Octavium ex dodrante, et Lucium Pinarium et Quintum Pedium ex quadrante reliquo, Suet. Caes. 83. testamento - heres ex parte dimidia et tertia est Capito: in sextante sunt ii, quorum cet., Cic. Fam. 13, 29, 4. Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia et sextante heres esto, Suet. Tib. 23. heredes instituit primos: Tiberium ex parte dimidia et sextante, Liviam ex parte tertia -, secundos: Drusum Tiberi filium ex triente, ex partibus reliquis Germanicum cet., Aug. 101. in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, Claud. 6. u. so Ner. 6. quartae esto partis Ulixes - heres, Hor. Sat. 2, 5, 101; — heredes instituit primos - secundos - tertio gradu, wenn der erste oder zweite Erbe die Erbschaft nicht antreten wollte oder konnte, so fiel sie dem zweiten zu u. s. w., Suet. Aug. 101. testamento secundum heredem scripserat, Sall. J. 65, 1. ut et scribare secundus heres, Hor. Sat. 2, 5, 49. qui me quum tutorem tum etiam secundum heredem instituerit, Cic. Fam. 13, 61. de hereditate ea, quae pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli heredes secundi sunt, et inter agnatos pupilli controversia est: possessio heredum secundorum est, Inv. 2, 21, 62. Milesiam quandam a secundis heredibus pro abortu pecuniam accepisse, Quint. 8, 4, 11. u. vgl. Cic. Cluent. 11, 32. longinquo moenia bello periuri Pelopis vastabit tertius heres, Catull. 64, 346. tertius heres Saturni (i. e. Pluto), Claud. Rapt. Pros. 2, 167. ne heredem quidem nisi inter tertios ac paene extraneos e parte sexta nuncuparit, Suet. Claud. 4. u. vgl. c. 6. — 2) übtr.: illa vetus Academia atque eius heres Aristus hospes et familiaris meus, Cic. Brut. 97, 332. veteris Clausorum nominis heres, Ov. F. 5, 155. u. vgl. M. 15, 819. cui nominis heres successi, Claud. Nupt. Hon. et M. 39. quos - solos nominis sacrorum familiaeque heredes reliquerat, Liv. 45, 40, 7. tanti cognominis heres, Ov. F. 1, 615. heres laudis amica meae, Her. 9, 110. heredem patriae, perfide fraudis agis, Her. 2, 78. Thesei criminis heres, AA. 3, 459. u. vgl. Lucan. 6, 594. Paconium Agrippinum, paterni in principes odii heredem, Tac. A. 14, 28; — dichter.: nec ullum de centum numero caput est inpune recisum, quin gemino cervix herede valentior esset, von der Hydra, Ov. M. 9, 70. und komisch: apstuli hanc, quoius heres numquam erit post hunc diem, Plaut. Men. 3, 2, 12.

**hĕri** u. **hĕre**, *Adv.* (Wurzel: χθές, PDiac. p. 99, 15., „das Suffix ist genitivisch, wie das i in her-i d. i. hes-i locativisch," *Curtius* Grundz. d. griech. Etym. I. p. 169; vgl.: in here neque e plane neque i auditur, Quint. 1, 4, 7. und: here nunc e litera terminamus, at veterum comicorum adhuc libris invenio heri ad me venit [Ter. Phorm. 1, 1, 2]: quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit, deprehenditur, 1, 7, 22; aber vgl. Prisc. II. p. 59, 2., u. nachher die Stellen aus Plautus), **gestern**, quis *heri* apud te? Naev. 21. heri vero prospexisse eum se ex tegulis, Caecil. 197. quod heri valetudo obstetit, Afran. 71. istos captivos duos heri quos emi de praeda a quaestoribus, Plaut. Capt. 1, 2, 2. illae, quae heri pallio me reprehenderunt, Mil. gl. 1, 1, 59. turbida tempestas fuit heri, Rud. 4, 3, 3. heri ad me venit, Ter. Phorm. 1, 1, 2. b. Charis. p. 200, 11. u. so heri, Ter. Andr. 1, 1, 58. Eun. 1, 2, 3. 89. 2, 3, 66. 3, 4, 1. Heaut. 3, 3, 7. Hec. 1, 2, 45. 2, 1, 40. 3, 1, 49. 3, 5, 16. nupsit heri, Mart. 1, 24, 4. quae mihi heri dixisti de pastoricia re, Varr. RR. 2, 1, 1. (in mehreren Handschr. here). ut enim heri feci, sic cet., Cic. Tusc. 2, 5, 15. heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres cet., Att. 13, 48, 1; — equidem te demiror, Chremes, tam mane, qui heri tantum biberis, Ter. Heaut. 3, 2, 8. quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi? Andr. 4, 4, 29. heri vesperi apud me Hirtius fuit, Cic. Fam. 11, 1, 1. Lepidus ad me heri vesperi litteras misit Antio, Att. 13, 47, 2; Septembres heri Kalendae, hodie'st ater dies, Afran. 163. ubi est hodie, quae Lyra fulsit heri? Ov. F. 2, 76. sordebant tibi villicae - hodie atque heri, Tag für Tag, Catull. 61, 132; — ecquid meministi tu, *here* qua de re ego tecum mentionem fece-

ram? Plaut. Pers. 1, 3, 28. nam mihi quaerenti convivam dictus here illic de medio potare die, Hor. Sat. 2, 8, 2. hic (sol) here Phryxeae vellera pressit ovis, Ov. F. 3, 852. experiar calamos, here quos mihi doctus Iollas donavit, Calp. 4, 59. positum est nobis nihil here praeter aprum, Mart. 1, 43, 2. u. vgl. 3, 12, 2. pro suo ingenio pater Gallio: dura, anime, dura: here fortior fuisti, Quint. 9, 2, 91; — Agatho - here proxime seduxit me, Petron. 74, 15. here venisti media nocte, Plaut. Amph. 1, 3, 16. res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras deteret exiguis aliquid cet., Juv. 3, 23. cur here quod dederas, hodie, puer Hylle, negasti? Mart. 4, 7, 1. hoc here effecit: hodie autem in Aenariam transire constituit, Cic. Att. 10, 13, 1; — im Allg. = **erst gestern, vor Kurzem, jüngst,** scis *here* mi multas pariter placuisse puellas, Prop. 3, 15 (2, 22), 1. scis here te, mea lux, iuveni placuisse beato? Ov. Am. 1, 8, 23; — nec enim ferre praetor debet *heri* servum, hodie libertum conquerentem, quod cet., Ulp. Dig. 47, 10, 7. §. 2.

**hĕrĭfŭga,** ae, *m.* (herus u. fugio), **den Herrn fliehend,** dominos ut herifugae famuli solent, Catull. 63, 51.

**hĕrīlis** od. ĕrīlis, e (herus), **den Herrn od. die Frau vom Hause betreffend, den Herrn (Gebieter) od. die Herrin (Gebieterin) betreffend,** auch subject.: **des Herrn (Gebieters) od. der Herrin (Gebieterin),** od. object.: **vor dem Herrn u. s. w.,** erili filio hanc fabricam dabo, Plaut. Bacch. 2, 3, 132. u. so: filius, Pseud. 1, 4, 2. 20. Most. 1, 1, 79. Epid. arg. 4. Truc. 3, 2, 1. Ter. Eun. 5, 4, 40. Phorm. 1, 1, 5. Andr. 3, 4, 23. Suet. Gr. 23; nostrum erilem filium Lesbonicum suam sororem despopondisse, Plaut. Trin. 3, 1, 1. u. so Epid. 1, 1, 17; abi intro atque adulescenti dic iam nostro erili filio cet., Epid. 1, 2, 62. sed video erilem filium minorem huc advenire, Ter. Eun. 2, 2, 58. expugnavi amanti erili filio aurum ab suo patre, Plaut. Bacch. 4, 9, 7. u. so Pseud. 2, 3, 7; corrumpe erilem nostrum adulescentem optumum, Most. 1, 1, 20; neque iam, quo pacto celem erilis filiae probrum - queo comminisci, Aul. 1, 1, 35. u. so Cist. 4, 2, 80. Ter. Ad. 3, 2, 4. u. erilis nostra filia, Plaut. Cist. 2, 3, 9; video illam amicam erilem, Mil. gl. 2, 1, 44. u. so 2, 1, 36. nempe tu istic ais esse erilem concubinam? 2, 3, 66; — erilis patria, Plaut. Stich. 5, 2, 2. celebra toros heriles, Claud. Fesc. 4. antiqua erilis fida custos corporis, Enn. 214. h. artus, VFlacc. 6, 415. canes satiatae sanguine erili, Ov. M. 3, 140. gressumque canes comitantur erilem, Virg. A. 8, 462. vultumque dei veneratus herilem cet., Claud. Idyll. 1, 93. qui (equi) postquam rursus heriles agnovēre sonos, Cons. Hon. 66. nomen h., in Eutr. 1, 478. mensaeque adsuetus erili, Virg. A. 7, 490. penum erile, Afran. 327. verna ministeriis ad nutus aptus herilis, Hor. Ep. 2, 2, 6. h. inceptus, VFlacc. 6, 124. turba canum pugnas capessit heriles, 6, 107. satin abiit ille nec erile [hic] negotium plus curat quasi non servitutem serviat, Plaut. Mil. gl. 2, 6, 1. vitamque effundit herilem, VFlacc. 6, 706. casus scitamur heriles, Claud. Rapt. Pros. 3, 248. erile imperium ediscat, Plaut. Aul. 4, 1, 13. arbitrium h., VFlacc. 4, 383. nisi herile mavis carpere pensum, Hor. Od. 3, 27, 63. peccati conscia herilis, Sat. 2, 7, 60; hic, quem ad strigiles scutica et metus egit herilis, Pers. 5, 131.

**hermăphrŏdītus,** i, *m.* (ἑρμαφρόδιτος), **ein Zwitter, Hermaphrodit** (vgl. Ov. M. 4, 285 sqq.), quasi hermafroditus fimbriatum frontem gestas, Titin. 152. u. vgl.: gignuntur et utriusque sexus, quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis, Plin. 7, 3 (3), 34. mulierum paucis prodigiosa adsimilatio, sicut hermaphroditis utriusque sexus, quod etiam quadripedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror: ostentabat certe *hermaphroditas* subiunctas carpento suo equas, 11, 48 (109), 262.

**hermēneuma,** ătis, *n.* (ἑρμήνευμα), **die Erklärung, Auslegung** (= enarratio), qui hermeneumata docent, Sen. Exc. contr. 9, 3, 4.

**hermes** od. **herma,** ae, *m.* (ἑρμῆς), **eine Hermessäule,** accidit, ut una nocte omnes hermae, qui in oppido erant Athenis, deiicerentur praeter unum, qui ante ianuam erat Andocidi, Nep. Alc. 3, 2. hermae tui Pentelici cum capitibus aeneis - iam nunc me admodum delectant, Cic. Att. 1, 8, 2. u. vgl. Leg. 2, 26, 65. at tu nil nisi Cecropides truncoque simillimus hermae, Juv. 8, 53. u. vgl. Macrob. Sat. 1, 19, 14.

**hermesias** - vocatur ad liberos generandos pulchrosque bonosque non herba sed conpositio e nucleis pineae nucis tritis cum melle, cet., Plin. 24, 17 (102), 166.

**hermu aedoeon** (ἑρμοῦ αἰδοῖον) ex argumento virilitatis in candida gemma vel nigra aliquando vel pallida ambiente circulo coloris aurei appellatur, Plin. 37, 10 (60), 166.

**hermubotane,** es, *f.* (ἑρμοῦ βοτάνη) od. **hermubasilion,** ii, *n.* (ἑρμοῦ βασίλειον), **das Bingelkraut,** App. herb. 82.

**hermŭla,** ae, *f.* (hermes, herma), **eine kleine Hermessäule,** Cassiod. Varr. 3, 51. Agrim. p. 341, 26.

**hermūpoa,** ae, *f.* (ἑρμοῦ πόα), **das Bingelkraut,** linozostis sive parthenion Mercuri inventum est: ideo apud Graecos hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes mercurialem, u. s. w., vgl. Plin. 25, 5 (18), 38.

**herna,** ae, *f.* = saxum, sabinisch nach den Comment. zu Virg. A. 7, 684.

**hernia,** ae, *f.*, **der Bruch,** ἐντεροκήλην et ἐπιπλοκήλην Graeci vocant: apud nos indecorum, sed commune his, herniae nomen est, Cels. 7, 18. ingentium herniarum magnitudine ponderosi, als Erklärung von enterocaelici, Arnob. 7, 34.

**herniōsus,** a, um (hernia), **an einem Bruche leidend,** Virg. Catal. 5, 39. Lamprid. Heliog. 24.

**hērōĭcus,** a, um (heros), **die Heroen- od. das Zeitalter der Heroen betreffend,** vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus, Cic. Div. 1, 1, 1. cum praesertim haec chironomia - ab illis temporibus heroicis orta sit, Quint. 1, 11, 17. heroicis temporibus, Cic. ND. 3, 21, 54. iam heroicis aetatibus, Tusc. 5, 3, 7. Medea modo et Atreus commemorabuntur a nobis,

heroicae personae, ND. 3, 29, 71. sublimitate heroici carminis animus assurgat, Quint. 1, 8, 5. heroici carminis sonus, Tac. Or. 10. versus h., Gramm.; griech.: quid quaeris? ἡρωϊκά, Cic. Att. 14, 15. — *Adv.*: hos quoque (versus) tamquam heroice incomptos adamavit, Macrob. Sat. 5, 14, 5.

**hērōĭda**, ae, *f.* = herois, Fulg. myth. 1. praef. p. 4. *Munck.*

**hērōīne**, es, *f.* (ἡρωΐνη), die **Halbgöttin, Heroine**, qualis et Ischomache Lapithae genus heroine, Prop. 2, 2, 9. illic formosae veniant chorus heroinae, 1, 19, 13. illa sit Inachiis et blandior heroinis, 1, 13, 31.

**hērōĭs**, ĭdis, *f.* (ἡρωΐς), die **Halbgöttin, Heroide**, ornabant omnes heroida divae, Virg. Catal. 5, 21. Persephone comites heroidas urguet, Cul. 260. veteres heroidas aequat, Ov. Am. 2, 4, 33. qua veteres Latias Graiasque heroidas aequas, Stat. Silv. 3, 5, 45. heroum deorumque item heroidum ac dearum personis effectis ad similitudinem oris sui et feminae, Suet. Ner. 21. edidit haec mores illis heroisin aequos, Ov. Trist. 5, 5, 43.

**hērōs**, ōis, *m.* (ἥρως), der **Halbgott, Heros**, quem virum aut heroa - sumis celebrare, Clio? quem deum? Hor. Od. 1, 12, 1. quicumque deus, quicumque adhibebitur heros, AP. 227. deorum atque heroum effigies, Quint. 12, 10, 5. laudes heroum atque deorum ad citharam canebantur, 1, 10, 10. intererit multum, divusne loquatur an heros, Hor. AP. 114. ille deûm vitam accipiet divisque videbit permixtos heroas et ipse videbitur illis, Virg. Ecl. 4, 15. heroes, salvete, deûm genus, Catull. 64, 22; — nec robora prosunt semideûm heroum, Stat. Theb. 5, 372. maxumus h., Virg. A. 6, 192. fortissimus h., 6, 169. magnanimi heroes, 6, 649; — Aiax, heros ab Achille secundus, Hor. Sat. 2, 3, 193. Aeneas h., Virg. A. 6, 103. Acestes h., 1, 195; — Tirynthius h., Hercules, Ov. F. 2, 349. Neptunius, Theseus, Her. 16 (17), 21. Danaeïus, Perseus, Am. 3, 6, 13. Philyreïus, Chiron, F. 5, 391. M. 2, 676. Latmius, Endymion, Trist. 2, 299. Symaethius, Acis, M. 13, 879. Rhodopeïus, Orpheus, 10, 50; Laomedontius, Priamus, Virg. A. 8, 18. Priamides, Helenus, 3, 345. Troius, Aeneas, 6, 451. 8, 530. Cythereïus, Aeneas, Ov. F. 3, 611; Telamonius, Ajax, Virg. Cul. 314. Narycius, Ajax des Oileus S., Ov. M. 14, 468. Aetolius, Diomedes, 14, 461. Haemonius, Achilles, Am. 2, 9, 7. Laërtius, Ulixes, M. 13, 123. Trist. 5, 5, 3. Poeantius, Philoktet, Pont. 1, 3, 5; Nonacrius, Evander, F. 5, 97. u. so: Pallantius, 5, 647. Daunius, Turnus, Virg. A. 12, 723; — non illi quisquam bello se conferet heros, Catull. 64, 343. hinc atque hinc vocibus heros tunditur, Virg. A. 4, 447. u. vgl. 5, 289. 453. 459. 6, 169. 672. Ov. F. 1, 544. VFlacc. 4, 311. 7, 614. 8, 24; — hos utinam inter heroas natum tellus me prima tulisset, Hor. Sat. 2, 2, 93; — herois nomine, Plin. 35, 10 (36), 72; Entelle, heroum quondam fortissime frustra, Virg. A. 5, 389. manus heroum, Prop. 1, 20, 21. VFlacc. 3, 691. illa (Venus) potest magnas heroum infringere vires, Prop. 1, 14, 17. arma heroum, Suet. Aug. 72. ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur, Quint. 8, 4, 24. haec vestis priscis hominum variata figuris heroum mira virtutes indicat arte, Catull. 64, 51. heroum laudes et facta parentis iam legere, Virg. Ecl. 4, 26. — Im Allg. von ausgezeichneten Männern: heros ille noster Cato, Cic. Att. 1, 17, 9. Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum, v. Brutus u. Cassius, 14, 6, 1. u. griech. vgl. 15, 12, 2. u. ironisch v. Clodius: ignari, quantnm in illo heroe esset animi, quantum etiam consilii, 4, 3, 5.

**hērōus**, a, um (ἡρῷος), die **Heroen betreffend**, a) im Allg.: fortis heroos Erato labores differ, Stat. Silv. 4, 7, 2; subst. heroum, i, *n.*, das **Heroendenkmal**, incolae quod vocant heroum in eo loco fecēre appellatum Iovis et virginis, vgl. Plin. 10, 5 (6), 18. u. in anderer Beziehung: asphodelum de clarissimis herbarum, ut quod heroum aliqui appellaverint, Hesiodus et in silvis nasci dixit, 22, 22 (32), 67. — b) vorzugsw. = **episch**, heroi res erat ista pedis, Ov. F. 2, 126. primum ad heroum pedem nos invitat, Cic. dOr. 3, 47, 182. herous, qui est idem dactylus, Quint. 9, 4, 88. u. nec semper illis heroo aut paeone suo - uti licebit, §. 89; versus herous, 1, 5, 28. plus quattuor herois versibus, Cic. Leg. 2, 27, 68. u. so vom Hexameter: apte iungitur herous cum breviore modo, Ov. Am. 2, 17, 31. Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis, Trist. 4, 10, 47. lascivus elegis an severus herois, Mart. 3, 20, 6. lascivus quidem in herois quoque Ovidius, Quint. 10, 1, 88; quis te carminis heroi tangere iussit opus? Prop. 4, 2 (3, 3), 15. sive chelyn tollas heroa ad robora, Stat. Silv. 1, 3, 102.

**herpes**, ētis, *m.* (ἕρπης, kriechend), 1) ein **fressendes**, **krebsartiges Geschwür**, serpere uti gangraena mala atque herpes ita posset, Lucil. p. 4, 17. aizoum herpetas quoque (sanat), Plin. 26, 14 (87), 145. bibitur (rhecoma) contra - herpetas, 27, 12 (105), 130. u. b. Spät.; vgl. Cels. 5, 28, 3. — 2) herpes quoque animal a Graecis vocatur, quo praecipue sanantur quaecumque serpunt, Plin. 30, 13 (39), 116.

**herpyllum**, i, *n.* u. **herpyllus**, i, *m.*, **Quendel**, App. Herb. 105. u. 99. Isid. Orig. 17, 9.

**hĕrus** od. **ĕrus**, i, *m.* (vgl. *Curtius* Grundz. der griech. Etym. I. p. 265), der **Hausherr, Herr, Gebieter**, reliqui acus aciasque ero atque erae nostrae, Titin. 5. erum maiorem meum ita ego hodie lussi lepide, ut ludificatu'st, Plaut. Bacch. 4, 4, 3. u. so vom alten Herrn, Pseud. 5, 1, 38. hoc ego modo atque erus minor hunc diem prothume sumpsimus, Pseud. 5, 1, 24. u. so v. jungen Herrn, Merc. 1, 2, 2; — quo erus rarenter venit, Pompon. 45. u. so Turpil. 75. Plaut. Capt. 4, 2, 77. As. 2, 2, 62. Ter. Andr. 1, 2, 12. Hor. Sat. 2, 8, 16. 43; male merentur de nobis eri, Afran. 389; — quaeso edepol quo ante lucem te subito rapis, ere, cum uno puero? Turpil. 50. u. so Caecil. 90. Plaut. Amph. 2, 1, 20. Ter. Eun. 5, 5, 6. Hor. Sat. 2, 3, 265; — at erum servavi, quem servatum gaudeo, Plaut. Capt. 3, 5, 49. u. so Turpil. 131. Ter. Andr. 3, 4, 23; eho quaeso laudas, qui eros fallunt, Ter. Heaut. 3,

2, 26. non heros nec dominos appellabant eos, quibus iuste paruerunt, Cic. Rep. 1, 41, 64; — pergin' ero absenti male loqui, inpurissime? Ter. Phorm. 2, 3, 25. u. vgl. Ov. M. 8, 852; — et eri semper lenitas verebar quorsum evaderet, Ter. Andr. 1, 2, 4. u. so Hec. 3, 1, 51. nec victoris eri tetigit captiva cubile, Virg. A. 3, 324. u. so Hor. Ep. 1, 1, 85. Catull. 20, 4. 68, 113; — salve, o venuste Sirmio, atque hero gaude, Catull. 31, 12. ut heris in famulos (sit adhibenda saevitia), Cic. Off. 2, 7, 24; — im Allg. vom Herrn, Besitzer, Gebieter, quae tuo veniunt hero quanta gaudia, v. Gatten, Catull. 61, 112. patiens trahi herumque fassus (Cerberus Herculem), Sen. Herc. fur. 811. ait phaselus: - tot per impotentia freta herum tulisse, Catull. 4, 19. nam propriae telluris herum natura neque illum nec me nec quemquam statuit, Hor. Sat. 2, 2, 129. u. vgl. Ep. 1, 16, 2. Od. 2, 18, 32. Claud. in Eutr. 2. prol. 29; nondum cum sanguine sacro hostia caelestis pacificasset heros, von den Göttern, Catull. 68, 76. u. vgl. *vs.* 78.

**hervum**, i, *n.*, s. ervum.

**hespĕris**, ĭdis, *f.* (ἑσπερίς), abendlich, westlich, corniger hesperidum fluvius regnator aquarum, Virg. A. 8, 77; subst., die Nachtviole, hesperis noctu magis olet, inde nomine invento, Plin. 21, 7 (18), 39.

**hespĕrius**, a, um (ἑσπέριος), abendlich, abendländisch, westlich, axe sub hesperio sunt pascua Solis equorum, im Westen, Ov. M. 4, 214. u. so: hesperio tellus porrecta sub axe, Sil. 1, 130. axe relicto hesperio (v. Hispanien), 16, 290; constitit hesperio, regnis Atalantis, in orbe, Ov. M. 4, 628. exegit ab orbe hesperio nomen Libyae (die Karthager aus Hispanien), Sil. 16, 659. u. vgl. VFlacc. 8, 91; terram hesperiam venies, Virg. A. 2, 781. hesperio in Latio, 7, 601; pronus erat Titan inclinatoque tenebat hesperium temone fretum, Ov. M. 11, 257. quodcunque minabitur eurus fluctibus hesperiis, Hor. Od. 1, 28, 25. ocius hesperio quam gurgite tingueret axem, Sil. 15, 250; dum loquor hesperio positas in litore metas humida nox tetigit, Ov. M. 2, 141. pulsis de litore cunctis hesperio Poenis, aus Hispanien, Sil. 16, 592; fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat hesperiosque amnes, Ov. M. 2, 257. hesperios inter Sicoris non ultimus amnes, Lucan. 4, 14; naïdes hesperiae, Ov. M. 2, 325. iuxta Aethiopas hesperios, Plin. 6, 30 (35), 197. h. rex, vom Atlas, Ov. Nux 111; ibit ad occasum quicquid dicemus ab ortu, testis et hesperiae vocis eous erit, Trist. 4, 9, 21.

**hesternus**, a, um (heri; vgl. *Curt.* Grundz. d. gr. Etym. l. p. 169), gestrig, von gestern (gestern vorgesetzt, genossen, geschmückt, gehalten, begangen u. dgl.), hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei, Cic. dOr. 3, 21, 81. hesterno, Licini, die otioso lusimus in meis tabellis, Catull. 50, 1. u. so: h. die, Cic. ND. 2, 29, 73. hesterna vidi spatiantem luce puellam, Ov. Am. 2, 2, 3. u. so Petron. 11, 8. sed cum lux altera venit, iam cras hesternum consumsimus: ecce aliud cras egerit hos annos cet., Pers. 5, 68; — hesternae occurrere cenae, Juv. 9, 44. marcidi somno hesternaque cena redundantes, Plin. Pan. 63, 3. hesternum solitus medio servare minutal Septembri, Juv. 14, 129. quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent, Ter. Eun. 5, 4, 17. visam hesternas reliquias, Plaut. Pers. 1, 2, 25. fercula cenae, quae procul exstructis inerant hesterna canistris, Hor. Sat. 2, 6, 105. videbar videre - quosdam ex hesterna potatione oscitantes, Quint. 8, 3, 66. hesterno mero saucii, Justin. 24, 8, 1. venas inflatus nectare dulci hesternoque gravis semper ridetur Iaccho, Calp. 10, 62. laxumque caput compage soluta oscitat hesternum, dissutis undique malis, Pers. 3, 59. dabat hesterno liventia mella veneno, VFlacc. 1, 63; — ignis in hesterno stipite parvus erat, Ov. F. 5, 506. inde foco tepidum cinerem dimovit et ignes suscitat hesternos, M. 8, 641. huic proximus cibus mediocris utilior est isque esse debet cum pane hesterno (nicht frischgebacken), Cels. 1, 3; et neglecta decet multos coma: saepe iacere hesternam credas, illa repexa modo'st, Ov. AA. 3, 153. et potes hesternos manibus componere crines, Prop. 1, 15, 5. me iuvet hesternis positum languere corollis, 3, 32 (2, 34), 59. neque hesternos adnovit in hospite vultus, VFlacc. 3, 288. hesterno sermone, Cic. Acad. 2, 4, 10. 2, 6, 18. dici non potest quam sim hesterna disputatione tua delectatus, Tusc. 2, 4, 10. Poenis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus, Liv. 27, 14, 2. corpus onustum hesternis vitiis, Hor. Sat. 2, 2, 78; — Herculeis sopitas ignibus aras excitat hesternumque larem (schon gestern verehrt) parvosque penates laetus adit, Virg. A. 8, 542; at illum hesterni capite induto subiēre Quirites (die erst seit gestern das Röm. Bürgerrecht haben, Sclaven des Verstorbenen, denen er durch das Testament die Freiheit geschenkt hat und nun als Zeichen der Freiheit einen Hut tragen), Pers. 3, 106; — hesternorum immemores acta pueritiae recordari, Quint. 11, 2, 6. — *Adv.* **hesterno**, am gestrigen (Tage), gestern, te istic hesterno quid haesisse oportuerat Aristaee? Sisenna b. Charis. p. 200, 20. sed hesterno pro testimonio esse mentitum - paullo ante imprudens indicasti, Cic. Vatin. 1, 3. Alcon hesterno signum Iovis attigit, Auson. Epigr. 74, 1.

**hĕtaeria**, ae, *f.* (ἑταιρία), die Verbrüderung, Verbindung, vgl.: adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium, quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias esse vetueram, Traian. b. Plin. Ep. 10, 96 (97), 7. u. vgl. 10, 34 (43), 1.

**hĕtaerĭce**, es, *f.* (ἑταιρική), die Schaar der Freunde, vgl.: praefuit etiam alterae equitum alae, quae hetaerice appellabatur, Nep. Eum. 1, 6.

**hĕtĕroclĭton**, i, *n.* (ἑτερόκλιτον), ein Wort,

das abweichende Declination zuläßt, est igitur magis apud Ciceronem - heterocliton, Prisc. I. p. 357, 11. sunt quaedam nomina singulariter tantum monoptota quae pluribus casibus naturalem declinationem admittunt et appellantur heteroclita, velut gelu, genu cet., Charis. p. 35, 31. u. griech. ἑτερόκλιτα mit der Uebersetzung diversiclinia, Prisc. II. p. 145, 3.

**hĕtĕrocrania**, ae, *f.* (ἑτεροκρανία), einseitiges Kopfweh (wie hemicranium), ad heterocranias, Plin. 31, 9 (45), 99.

**hĕtĕrŏmēces**, is (ἑτερομήκης), ein Oblongum, heromeces quod angulos rectos nec latera paria habet, Censorin. frg. 7. p. 84, 13. u. vgl. Boëth. 2. arithm. 31. p. 1037.

**hetta** res minimi pretii, quasi hieta, id est hiatus hominis atque oscitatio: alii pusulam dixerunt esse, quae in coquendo pane solet assurgere, a qua accipi rem nullius pretii, quum dicimus: non hettae te facio, PDiac. p. 99, 16.

**hettēmătĭcus**, a, um (ἡττηματικός), geringer in seiner Art, Firmic. math. 3, 9.

**heu**, *Interj.*, ach! o weh! leider! Ausdruck der Wehklage und des Schmerzes, neben dem *Nom.*, *Acc.* od. *Gen.* der Person od. Sache, über die man die Wehklage ergehen läßt: heu steriles veri, quibus una Quiritem vertigo facit! Pers. 5, 75. heu demens, nullum belli sentire fragorem, tot mundi caruisse malis, praestare deorum excepta quis morte potest? Lucan. 5, 228. u. vgl. Sil. 2, 180. VFlacc. 3, 592. 8, 169. felix, heu nimium felix, si cet. (denn auch zu großes Glück kann man beklagen), Virg. A. 4, 657. vgl. mit: felix heu nimis et beata tellus, quae cet., Stat. Silv. 2, 7, 24; heu vatum ignarae mentes! Virg. A. 4, 65. heu prisca fides invictaque bello dextera! 6, 878. heu nomen melius maiusque triumphis! Sil. 17, 7. heu vanitas humana, cum cet., Plin. 32, 1 (1), 3. heu dementia ab his initiis existumantium ad superbiam se genitos! 7, 1 (1), 3. heu dolor! insignis notis bellator in armis ignavo rapitur leto, Sil. 14, 606; — neben dem *Accus.*: heu me miserum, cum haec recordor! Att. 346. u. so Afran. 410. Ter. Andr. 4, 1, 22. Cic. Phil. 7, 4, 13. oder: heu miserum me, excrucior! Pacuv. 264. heu me miseram, interii! Enn. 164. heu me infelicem! Turpil. 117. heu me infelicem! hancine ego vitam parsi perdere? Ter. Hec. 3, 1, 2. heu me, per urbem (nam pudet tanti mali) fabula quanta fui! Hor. Epod. 11, 17; heu stirpem invisam et fatis contraria nostris fata Phrygum! Virg. A. 7, 293. heu nefas! Hor. Od. 3, 24, 30; — bei Plautus mit Betheurungspartikeln: heu edepol mortales malos! Poen. 3, 2, 26. heu edepol hominem nihili! Truc. 3, 2, 27. heu ecastor periurum! Mil. gl. 4, 2, 74. heu hercle mortalem catum! Poen. 5, 2, 146; heu edepol res turbulentas! Epid. 1, 1, 69. heu hercle odiosas res! Mil. gl. 4, 2, 65. heu morbum hercle acrem ac durum! Men. 5, 2, 119; — neben dem *Genit.*: foederis heu taciti! Prop. 5 (4), 7, 21; — *absol.* (d. h. ohne Hervorhebung einer Person od. Sache durch einen Casus): heu, Fortuna! quis est crudelior in nos te deus? Hor. Sat. 2, 8, 61. heu! qua me causa, Fortuna, infeste premis? Pompon. 194. heu, Mulciber, arma ignavo es invicta fabricatus manu! Att. 558. heu, Meliboee, iaces mortali frigore segnis, Calp. 8, 49. heu, misere exagitans immiti corde furores sancte puer, curis hominum qui gaudia misces, Catull. 64, 94. heu, miser indigne frater adempte mihi! 101, 6. heu, cor mi et cerebrum, Nicobule, finditur, istius hominis ubi fit quomque mentio! Plaut. Bacch. 2, 3, 17; — o domus antiqua, heu, quam dispari dominare domino! Poët. b. Cic. Off. 1, 39, 139. auctor (generis i. e. Mars), heu, nimis longo satiate ludo, Hor. Od. 1, 2, 36; — heu, cuiatis stirpem funditus fligi studet! Att. 22. heu, cor ira feruit caecum, amentia rapior ferorque! 450. heu! qui salsis fluctibus mandet me ex sublimo vertice saxi? 562. heu, quam crudeli condebat membra sepulcro! Enn. A. 142. [heu!] quianam dictis nostris sententia flexa est? 264. heu, quantum per se candida forma valet! Prop. 3, 27 (2, 29), 30. heu, nunc misero mihi demum exitium infelix, nunc alte volnus adactum! Virg. A. 10, 849. heu, terra ignota canibus data praeda Latinis alitibusque iaces! 9, 485. heu, funeris incensa feror! 4, 376. heu, nescis! 6, 149. heu! quid agat? 4, 283. heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi? 5, 13. heu, fuge, nate dea, teque his, ait, eripe flammis! 2, 289. u. vgl. 3, 44. VFlacc. 4, 140. heu! quis te casus deiectam coniuge tanto excipit -? Virg. A. 3, 317. heu, quantae miseris caedes Laurentibus instant! 8, 537. heu, quantum inter se bellum, si lumina vitae attigerint, quantas acies stragemque ciebunt! 6, 827. heu, quoties fidem mutatosque deos flebit -! Hor. Od. 1, 5, 5. u. vgl. 4, 10, 6. heu! ubi pacta fides? Ov. F. 3, 485. u. vgl. 5, 465. Her. 4, 150. heu, quantum timuēre patres, quo tempore Vesta arsit -! 6, 437. heu, miseri traducimur! Juv. 2, 159. heu, quanta nobis instat pernicies! Phaedr. 1, 32, 3. heu, quantum Fortuna humeris iam pondere fessis amolitur onus (wo heu jedenfalls auf humeris iam pondere fessis zu beziehen ist)! Lucan. 5, 354. heu, temere abducto liquisti robore castra! Sil. 15, 655. u. vgl. VFlacc. 6, 678; — bei Plautus: heu, ecastor, quom ornatum adspicio nostrum ambarum, poenitet exornatae ut simus! Poen. 1, 2, 71. heu, ecastor nimis vili'st tandem! Mil. gl. 4, 2, 70. heu, edepol ne ego homo vivo miser! Men. 5, 5, 10. heu, edepol patrem eum merito miserum praedicas! Most. 4, 2, 65; — mitten in der Wehklage: hic pelagi tot tempestatibus actis heu! genitorem - amitto Anchisen, Virg. A. 3, 708. funeris heu! tibi causa fui? 6, 458. quando omnia vere heu! nimium de te vates, Misene, locuta est, 6, 188. tamen heu! seros adulteros crines pulvere collines, Hor. Od. 1, 15, 19. tu frustra pius heu! non ita creditum poscis Quintilium deos, 1, 24, 11. sed cur heu! Ligurine, cur manat rara meas lacrima per genas? 4, 1, 33. quo fugit venus heu! quove color? 4, 13, 17. neque hoc parentes heu! mihi superstites effugerit spectaculum, Epod. 5, 101. ferebar incerto pede ad non amicos heu! mihi postes et heu! limina dura, quibus cet., 11, 21. barbarus heu! cineres insistet victor, 16, 11. rex procidit heu! pervi-

cacis ad pedes Achillei, 17, 14. nescis, heu! nescis dominae fastidia Romae, Mart. 1, 3, 3. corpora segnis nostra sopor tenuit: pudet, heu! Lucan. 5, 689; — doppeltes *heu heu*: heu heu pater, heu Hector! Poët. trag. b. *Ribbeck* p. 202, aber: heus heus pater, heus Hector, *Keil* im Charis. p. 242, 6 (obgleich Charisius hinzufügt: a dolore mentis adfectae). heu heu, mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! Enn. 307; — heu heu, quam ego malis perdidi modis -! Plaut. Pseud. 1, 3, 26. heu heu [iam] desine! doleo, 5, 2, 21. heu heu! quid volui misero mihi? Virg. Ecl. 2, 58. heu heu, quantus equis, quantus adest viris sudor -! Hor. Od. 1, 15, 9. heu heu! nulla meae tangit te cura salutis, Calp. 9, 40. heu [heu], nequeo quin fleam quom aps ted abeam, Plaut. Rud. 4, 8, 32; — heu, heu nostrae crudele venenum vitae, heu heu nostrae pestis amicitiae! Catull. 77, 5. sed palam captis gravis, heu nefas! heu nescios fari pueros Achivis ureret flammis, Hor. Od. 4, 6, 17.

**heurĕtes**, ae, *m.* (εὑρετής), ein erfinderischer Mensch, nimium'st mortalis graphicus: heuretes mihi'st: is mihi haec sese ecfecturum dixit quae dixi tibi, Plaut. Pseud. 2, 4, 10.

**heus**, *Interj.*, heh! höre! hört! Ausdruck dessen, der Jemandem bedeutet, etwas zu thun, zu sagen, zu hören, zu sehen, überh. etwas wahrzunehmen u. auf etwas Acht zu haben, bei Aufträgen: heus, Staphyla, prodi atque ostium aperi! Plaut. Aul. 2, 6, 1. heus, Periplecomene et Pleusicles, progredimini! Mil. gl. 3, 1, 16. heus, Strobile, sequere propere me ad macellum strenue! Aul. 2, 2, 86. heus, vigiles, properate, expergite pectora tarda sopore, exsurgite! Att. 140. heus, Ptolemocratia, cape sis hanc urnam tibi! Plaut. Rud. 2, 5, 24. heus, inquit, puer, arcesse Pamphilam! Ter. Eun. 4, 1, 10. heus, inquit, iuvenes, monstrate mearum vidistis si quam - sororum! Virg. A. 1, 321. heus, inquit, sapiens! expedi quid fecerim, Phaedr. 3, 14, 6. heus, puer! dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? Ter. Andr. 1, 1, 58. heus aptate, pueri, munde atque ampliter convivium! Pompon. 54; — heus, reclude! heus, Tranio! etiamne aperis? Plaut. Most. 4, 2, 28. heus, evocate huc Davom! Ter. Andr. 3, 3, 47. heus, age responde! Pers. 2, 17. fuge obsecro atque abscede ab aedibus: fuge huc, fuge ad me propius: [tene terram manu:] et, heus, iube illos illim amabo abscedere! Plaut. Most. 2, 2, 36. u. so et - inquam, inquit, ait mit dem Vorhergehenden zu verbinden, Apul. M. 1, 15. 7, 22. 9, 33. 10, 16; — noch eindringlicher: *heus tu* od. *vos*: heus tu, qui furem captas, egredere ocius! Plaut. Poen. 3, 3, 95. Ch. heus tu, asta ilico! audi, heus tu! Sto. non sto, Trin. 4, 3, 52. heus tu, tibi dico, mane! redi! etiam astas? Men. 4, 3, 22. heus tu, si quid per iocum dixi, nolito in serium convertere! Poen. 5, 5, 41. heus tu, cave! Ter. Phorm. 2, 3, 51. heus tu, qui cum hirquina barba astas, responde [hoc], quod rogo! Plaut. Pseud. 4, 2, 12. Ch. nunc tibimet illuc navi capiundum'st iter, ut illut reportes aurum ab Theotimo domum. Atque, heus tu... Ni. quid vis? Ch. anulum gnati tui facito ut memineris ferre! Bacch. 2, 3, 92 (wie oben et heus); — bei Fragen: heus! ecquis hic est? Plaut. Poen. 5, 2, 158. heus! ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium? ecqui exit? Bacch. 4, 1, 10. u. so Amph. 4, 1, 12. heus, adulescens! ecqua in istac pars inest praemi mihi? Men. 1, 2, 26. [pultabo aedes:] heus! ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? Capt. 4, 2, 50. sed vobis dico, heus! vobis num molestia'st me adire ad illas propius? Rud. 3, 5, 50; eindringlicher: *heus tu*! - ignoras te, an ut ignotum dare nobis verba putas? Hor. Sat. 1, 3, 21. heus tu, Rufio! verbi causa (cave sis mentiaris), Clodius insidias fecit Miloni? Cic. Mil. 22, 60. heus vero, pueri! quid agitis? Plaut. Most. 4, 2, 30; *sed heus tu*! purgon' ego me de istac Thaidi, quod eam me amare suspicata'st? Ter. Eun. 3, 1, 44. Ph. sed heus tu! Pa. quid vis? Ph. censen' posse me offirmare perpeti, ne redeam interea? 2, 1, 11. sed heus tu! videsne cet., Cic. Att. 1, 16, 13. sed heus tu! scripseramne tibi me esse legatum Pompeio? 4, 18, 3. sed heus tu! quid agis? Fam. 7, 11, 2. sed heus tu! - unde illud -? 16, 17, 1; — im Allgem., wenn man Jmdm. seine Gedanken oder seinen Willen kund gibt, ihn auf etw. aufmerksam macht oder etw. bedeutet: heus, commilito, pugno bene uteris! C. Cass. b. Quint. 6, 3, 90. heus, senex, pro vapulando hercle abs te ego mercedem petam! Plaut. Aul. 3, 3, 8. heus, Staphyla, te voco! 2, 3, 2. heus, Curculio, te volo! Curc. 2, 3, 24. heus, senex! Lesbonicum hic adulescentem quaero, Trin. 4, 6, 29. heus, inquit, adulescens! pueri modo me pulsarunt: satisfacias oportet, AHer. 4, 10, 14. heus, Palaestrio! machaera nihil opu'st, Plaut. Mil. gl. 2, 5, 59; heus! inquit, linguam vis meam praecludere, ne latrem pro re domini? Phaedr. 1, 25, 5. heus! proxumus sum egomet mihi, Ter. Andr. 4, 1, 12. heus! etiam mensas consumimus, inquit Iulus, nec plura adludens, Virg. A. 7, 116; eindringlicher: *heus tu*! tibi dico cet., Plaut. Poen. 5, 5, 26. heus tu! malo, si sapis, cavebis: mea est haec, Cas. 4, 4, 15. heus tu! nunc occassio'st et tempus, Pseud. 4, 2, 3. heus tu! non fit sine periclo facinus magnum nec memorabile, Ter. Heaut. 2, 3, 73. heus tu! si voles hoc verbum cogitare, simul flare sorbereque haut factu facile'st, Plaut. Most. 3, 2, 103. u. vgl.: Li. heus, iam satis tu! audin' quae loquitur? Le. audio et quiesco, As. 2, 4, 40. heus, bone, tu palles! Pers. 3, 94; *sed heus tu*! vide sis, ne quid inprudens ruas, Ter. Heaut. 2, 3, 128. sed heus tu! ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legavit, Cic. Att. 15, 11, 4. sed heus tu! celari videor a te: quomodonam, mi frater, de nostris versibus Caesar? II. QFr. 15, 5; — inmitten der Rede: omnium rerum, heus! vicissitudo est, Ter. Eun. 2, 2, 45. si quid opus fuerit, heus! domo me, Phorm. 2, 3, 93; — *absol.*: id ut putavit esse nescio quid boni, heus! inquit dominus: ille enimvero adsilit cet., Phaedr. 2, 6, 20. sequere hac: ubi istic leno'st? heus tu! en tibi, hic habet vidulum, Plaut. Rud. 5, 3, 1. Ba. heus tu! Si. quid vis? Pseud. 4, 7, 22. u. vgl. 1, 3, 62. hodie nate, heus, hodie nate! tibi ego dico: heus hodie nate! 1, 3, 12. heus tu, mulier! Curc. 1, 3, 29. u. vgl.

mit vorausgehendem et zur Anknüpfung an das Vorhergehende, Macrob. Sat. 1, 5, 10; selten: filia, heus, Plaut. Men. 5, 2, 91; — doppelt *heus heus*: heus! ecquis hic est? heus! Plaut. Rud. 3, 4, 57. heus heus! ecquis hic? Ter. Eun. 3, 3, 24. Syre Syre, inquam, heus heus, Syre! Heaut. 2, 3, 107.

**hexăchordos**, on (ἑξάχορδος), sechssaitig, -stimmig, machina, die Wasserorgel, Vitr. 10, 8 (13), 2.

**hexăclīnon**, i, *n.* (ἑξάκλινον), ein sechssitziges Ruhebett, testudineum mensus quater hexaclinon, Mart. 9, 59, 9.

**hexăēmĕros**, on (ἑξαήμερος), sechstägig, subst. im *n.*, ein Gedicht über die sechstägige Erschaffung der Welt, Dracont.; libri hexaemerôn, e. Schrift des Ambrosius, Cassiod.

**hexăgōnum**, i, *n.* (ἑξάγωνον), ein Sechseck, griech. b. Varr. RR. 3, 16, 5. esto hexagonum quoquo versus lineis pedum XXX, Col. 5, 2, 10.

**hexămĕter**, metrum (ἑξάμετρος; auch: hexametrus, Terent. Maur. p. 2430), aus sechs Füßen bestehend, sechsfüßig, servorum est festu' dies hic, quem plane hexametro versu non dicere possis, Lucil. p. 23, 4. in versu hexametro, Gell. 18, 15, 2. solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, Cic. dOr. 3, 50, 194. e quattuor igitur quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio, Or. 66, 222. unus liber extat scriptus ab eo hexametris versibus, Suet. Aug. 85; primus est et legitimus numerus hexameter heroicus, Censorin. frg. 14. p. 93, 9. est enim hexametrum heroicum, Prisc. I. p. 17, 1; subst. **hexameter**, tri, *m.*, der Hexameter, de dactylico hexametro, Diom. p. 494, 12. hexameter vel Pythius vel epicus et Priapeus et bucolicus vocatur, super quas appellationes etiam Latine longus dicitur, p. 494, 30. u. so: bucolici hexametri, p. 495, 15. und: in longis versibus, qui hexametri vocantur, Gell. 18, 15, 1. spondiacus h., Diom. p. 495, 21; auch: iambicus h., p. 517, 15. vgl. mit Prisc. II. p. 418, 15; — initium hexametri statim invenias, Quint. 9, 4, 78. T. Livius hexametri exordio coepit: facturusne operae pretium sim, §. 74. peius cludit finis hexametri, ut Brutus in epistolis: - placuisse Catoni, §. 75. CCLXXVII hexametros habet (epithalamium), Stat. Silv. prooem. 1. hexametris epigramma facis, Mart. 6, 65, 1.

**hexăphŏros**, on (ἑξαφόρος), 1) zu sechs tragend, phalangarii, die auf Tragbäumen zu sechs eine Last tragen, Vitr. 10, 3 (8), 7. — 2) von sechsen getragen, subst. **hexaphorum**, i, *n.*, von sechsen getragene Sänfte, non debes ferri mortuus hexaphoro, Mart. 6, 77, 10. laxior hexaphoris tua sit lectica licebit, 2, 81, 1.

**hexaptōta**, orum, *n.* (ἑξάπτωτα), Wörter, deren sechs Casus verschiedene Formen haben, wie unus unius uni unum une uno, während doctus ein pentaptoton, puer ein tetraptoton u. s. w. genannt wurde, Prisc. I. p. 188, 19.

**hexăpȳlon**, i, *n.* (ἑξάπυλον), das Sechsthor, ein Thor in Syrakus, das sechs Thore hintereinander hatte, Liv. 24, 21, 7.

**hexas**, ădis, *f.* (ἑξάς), die Zahl sechs (senarius), bis terni hexas fit, MCap. 7, 736.

**hexastĭchus**, a, um (ἑξάστιχος), sechszeilig, usus ordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant, Col. 2, 9, 14. sativarum genera (myrti) topiarii faciunt - hexastichamf densissimo (folio), senis foliorum versibus, die römische Myrthe, Plin. 15, 29 (37), 122.

**hexastȳlos**, on (ἑξάστυλος), sechssäulig, Vitr. 3, 2, 7.

**hexasyllăbos**, on (ἑξασύλλαβος), sechssylbig, Gramm.

**hexēcontălĭthon**, i, *n.* (ἑξηκοντάλιθον), ein Edelstein, der sechzig (od. überh. sehr viel) Farben darstellt, quem (lapidem) hexecontalithon nominamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parvo eius orbiculo deprehendantur, Solin. 31, 3. und: h. in parva magnitudine multicolor hoc sibi nomen adoptavit, Plin. 37, 10 (60), 167.

**hexēris**, is, *f.* (ἑξήρης), ein Sechsruderer, in quibus (navibus) - quattuor hexeres, Liv. 37, 23, 5. hostium classis - tres hexeres habebat, 37, 30, 2.

**hiantia**, ae, *f.* (hio), die Oeffnung, oris, Tert. an. 10., ed. *Leopold.*: lanceam oris.

**hiasco**, ĕre (*Inchoat.* zu hio), klaffen, sich spalten, ubi primum incipiunt hiascere (nuces), Cato RR. 17, 2.

**hiaspis** = iaspis, Juv. 5, 42.

**hiātus**, *Acc.* um, *Abl.* u, *Plur. Nom.* u. *Acc.* us, *Abl.* ibus, *m.* (hio), der gähnende od. klaffende Raum, der Schlund, die Kluft, die Oeffnung, Spalte, der Riß u. dgl., 1) im Allg.: a terris quantum caeli patet altus hiatus, Lucr. 4, 417. fit et caeli ipsius hiatus, quod vocant chasma, Plin. 2, 26 (26), 96. quis fulgura ducat hiatus, Claud. Idyll. 5, 9. metuunt inferne cavernas terrai ne dissolvat natura repente, neu distracta suum late dispandat hiatum adque suis confusa velit complere ruinis, Lucr. 6, 597; hiatus Erebi pervium ad superos iter tellure fracta praebet, Sen. Troad. 183. ad immanes Erebi detrudor hiatus, Claud. Rapt. Pros. 2, 260. u. vgl. 3, 101. Amm. 17, 7, 13; quo fugiat? quid agat? quos terrae quaerat hiatus? Ov. F. 3, 609. u. so: h. terrae, Sen. Ben. 7, 20, 4. hiatus terrae plurimis in locis fuerunt, Treb. Poll. Gallien. duob. 5. terraeque optantur hiatus, Sil. 4, 330. identidem - hiatum aliquem terrae optabat, Suet. Cal. 31. hauriri urbes terrae hiatibus, Plin. 36, 15 (24), 119. quae (causa) terreret animos - labibus aut repentinis terrarum hiatibus, Cic. ND. 2, 5, 14. u. vgl.: terreno Lycus est epotus hiatu, Ov. M. 15, 273; devorer ante, precor, subito telluris hiatu, Her. 3, 63. u. so VFlacc. 7, 604. h. soli, Treb. Poll. Gallien. duob. 5. u. absol.: simul altam diffindens terram magnum concinnat hiatum (ventus), Lucr. 6, 584. sacer abripitur caeco descensus hiatu, Prop. 5 (4), 8, 5. tremefacta cavo tellus diducat hiatum, 5 (4), 1, 149. inde tremit tellus et rex pavet ipse silentum, ne pateat latoque solum retegatur hiatu, Ov. M. 5, 356. u. vgl. Claud. Rapt. Pros. 2, 187. vasto rursus desidit hiatu (aqua), VFlacc. 8, 329. est locus

2. C. Velleius honoratissimo inter illos trecentos sexaginta iudices loco - lectus, Vell. 2, 76, 1. sedemque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt, VMax. 4, 5. Ext. 2. senatus quam poterat honoratissimo decreto adlocutus eos mandat consulibus, ut cet., Liv. 27, 10, 6. honoratissimum adsensus genus est armis laudare, Tac. G. 11. — *Adv.*: in colonia Agrippinensi deprehensum honorate custodierant, Tac. H. 4, 63; im *Comp.*: certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint an rovocaverint honoratius, Justin. 5, 4, 13. quoque honoratius cremaretur (corpus), inici ei suum paludamentum iussit, VMax. 5, 1, 11; im *Sup.*: filium eius a militibus suis interceptum honoratissime excepit, 2, 10, 2. — 2) speciell: **durch ein Amt beehrt od. ausgezeichnet, hochgestellt**, ite, leves elegi, doctas ad consulis aures verbaque honorato ferte legenda viro, Ov. Pont. 4, 5, 1. Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit, Suet. H. 1, 77. verbaque honoratus libera praetor habet, Ov. F. 1, 52. u. im Gegens. zu militares, Amm. 14, 5, 3. 22, 7, 1. 29, 1, 34; vgl. noch: hanc colet ante diem, qua quondam rite merenti venit honoratis laurea digna comis, Ov. Pont. 2, 2, 91; im *Comp.*: qui vir, cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit, Vell. 2, 54, 3.

**hŏnōrōsus**, a, um, **ehrenvoll**, Isid.

**hŏnōrus**, a, um (honor), **Ehre enthaltend**, u. zw. 1) **Ehre bringend, ehrenvoll**, cui dirae caelatur laudis honora effigie clipeus, Sil. 8, 386. tonitru pater auget honoro, VFlacc. 2, 199. laetus ovat nunc laude virum, nunc vatis honoro carmine, 4, 342. Augustus - quamquam honora oratione, quaedam de habitu cultuque et institutis eius iecerat, Tac. A. 1, 20. vos quoque, Thespiadae, cur infitiatus honora arcuerim fama? Stat. Theb. 2, 629. vigor inde animis et mortis honorae dulce sacrum, 4, 230; — fuēre, qui - compararent, quae in Drusum - honora et magnifica Augustus fecisset, Tac. A. 3, 5. simul honora de Germanico Agrippinam miserans disserebant, 4, 68. — 2) **ehrwürdig**, advertēre animos, maiorque et honora videri parque operi tanto, Stat. Theb. 5, 40.

**honos**, ōris, *m.* (vgl. *Corssen* über Ausspr. d. lat. Spr. I. p. 87), s. honor.

**honus** u. s. w., s. onus u. s. w.

**hoplītes**, ae, *m.* (ὁπλίτης), der **Schwerbewaffnete**, genannt von dem großen Schild (ὅπλον), den er neben der schweren Lanze (δόρυ) führte, sunt et duae picturae eius (des Parrhasius) nobilissimae, hoplites in certamine ita decurrens ut sudare videatur, alter arma deponens ut anhelare sentiatur, Plin. 35, 10 (36), 71.

**hoplŏmăchus**, i, *m.* (ὁπλομάχος), in schweren Waffen kämpfend, eine Art **Gladiatoren**, h. nunc es, fueras ophthalmicus ante: fecisti medicus quod facis h., Mart. 8, 74. hunc - in harenam deductum Threci et mox hoplomacho comparavit, Suet. Cal. 35.

**hōra**, ae, *f.* (ὥρα; Gen. horai, Lucr. 1, 1016), die begrenzte Zeit (nicht im Gegensatz zu spatium, wie tempus, sondern nur als Abschnitt der Zeit), die **Stunde** (bei den Römern je nach der Jahreszeit von verschiedener Dauer, vgl. h. aestiva, hiberna, aber auch wie das Deutsche Wort in gewissen Verbindungen bald als längerer, wie die Jahreszeit, bald als kürzerer Zeitraum, wie der Augenblick, gebraucht), 1) im astronom. Sinne: a) im Allg., vgl. zunächst: horarum nomen non minus annos trecentos Romae ignoratum esse credibile est: nam XII tabulis nusquam nominatas horas invenies, Censorin. d. n. 23, 8. ut illum dî perdant, primus qui horas repperit, quique adeo primus statuit hic solarium, Aquil. 1. ex consuetudine noscendi a sole horas solarium coeptum vocare (horarium), Censor. d. n. 23, 7. u. das Geschichtliche über die Sonnenuhren vgl. b. Plin. 7, 60 (60), 212 sqq. scaphia dicuntur rotunda ex aere vasa, quae horarum ductus stili in medio fundo siti proceritate discriminant, MCap. 6, 597. stilus hemisphaerii monstrans horas, Macrob. Somn. Scip. 2, 7, 15. in horas XII divisum esse diem noctemque in totidem, vulgo notum est, Censor. d. n. 23, 6; vgl. noch: apud eosdem (Aegyptios) Apollo, qui est sol, Horus vocatur: ex quo et horae viginti quattuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt, et quattuor tempora, quibus annuus orbis impletur horae vocantur, Macrob. Sat. 1, 21, 13. mit: sunt qui tradunt, hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque ver aestatem autumnum hiemem ὥρας et annum ὧρον dici, Censor. d. n. 19, 6. — Nähere Bestimmungen: prima salutantes atque altera conterit hora, exercet raucos tertia causidicos: in quintam varios extendit Roma labores, sexta quies lassis, septima finis erit: sufficit in nonam nitidis octava palaestris, imperat extructos frangere nona toros: hora libellorum decima est, Eupheme, meorum cet., Mart. 4, 8, 1—7. ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie, Cic. Quint. 6, 25. tertia iam vigiles commoverat hora secundos, Lucan. 5, 507. circiter h. tertiam, Sal. J. 68, 2. ab h. tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur, Cic. Phil. 2, 41, 104. ubi quarta sitim caeli collegerit hora, Virg. G. 3, 327. u. vgl. Hor. Sat. 1, 5, 23. hora circiter diei quarta, Caes. BG. 4, 23, 2. cum ab h. fere quarta usque ad solis occasum pugnaretur, 3, 15, 5. quum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, Cic. Pis. 6, 13. usque in horam fere sextam dormiebat, Sen. Ep. 13, 1, 14 (83). cum ab h. septima ad vesperum pugnatum sit, Caes. BG. 1, 26, 2. horam non possum certam tibi dicere: facilius inter philosophos quam inter horologia conveniet: tamen inter sextam et septimam erat, Sen. Lud. 2, 3. cum te octava quiete e molli longo suscitat hora die, Catull. 80, 3. u. octavam circiter horam dum redit, Hor. Ep. 1, 7, 47. cum a prima luce ad horam octavam pugnaretur, Caes. BG. 5, 35, 5. h. octava convenire coepistis, Cic. I. Verr. 10, 31. u. vgl. Sen. Ep. 9, 5, 1 (76). quod Bovillas ante h. nonam devertisset, Quint. 6, 3, 49. ad h. nonam, Caes. BG. 4, 23, 4. accubueram h. nona, quum cet., Cic. Fam. 9, 26, 1. eodem die horaque nona, Suet. Caes. 20. de-

cima h. amicos plures prima reperiet, Syr. 822. fit ob viam Clodio ante fundum eius h. fere undecima aut non multo secus, Cic. Mil. 10, 29; — temporis aeterni –, non unius horae, ambigitur status, Lucr. 3, 1073. si non tum dedero (argentum), unam praeterea horam ne oppertus sies, Ter. Phorm. 3, 2, 29. una h. quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit, Liv. 1, 29, 6. u. vgl. Curt. 5, 8 (2), 12. iam paene duas, dum quaeritur, eximit horas (iuvenca), Calp. 3, 3. quem – quattuor quibus in conspectum venit horis una profligavit acie, Suet. Caes. 35. septem horas dormiebat ac ne eas quidem continuas, Aug. 78. horreat inque diem septenis oderit horis (illam), Juv. 6, 183; — quod surgente die mulsēre horisque diurnis nocte premunt, Virg. G. 3, 400. neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat, Suet. Cal. 50. decem horis nocturnis, Cic. SRosc. 7, 19. alea se oblectabat etiam profestis diebus matutinisque horis, Suet. Dom. 21. postmeridianis horis admittere solebat (discipulos), Gr. 24. rursusque premetur mane, quod occiduae mulsura redegerit horae, Calp. 5, 35. hora nec aestiva est nec tibi tota perit, Mart. 12, 1, 4. sole fugato frigidus aestivas impellit Noctifer horas, Calp. 5, 121. viginti milia passuum horis quinque dumtaxat aestivis conficienda sunt, Veg. r. mil. 1, 9. Si. credo equidem potis esse te, scelus, Massici montis uberrumos quattuor fructus exbibere in una hora. Ps. „hiberna" addito, Plaut. Pseud. 5, 2, 10. iam nox hibernos bis quinque peregerat horas, Virg. Mor. 1; — pars violentior natalis horae, Hor. Od. 2, 17, 19. u. so: genitalis h., Tac. A. 11, 21. h. iugalis, Ov. Her. 15 (16), 295. intrepidus h. illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori, Sen. Ep. 17, 2, 24 (102). te spectem, suprema mihi cum venerit hora, Tibull. 1, 1, 59. u. vgl. Lucan. 1, 72. Curt. 3, 30 (12), 8. extrema moriens tamen adloquar hora, Virg. Ecl. 8, 20. caelestumque fidem postrema comprecer hora, Catull. 64, 191. quos h. novissima iunxit, Ov. M. 4, 156. horaque erit tantis ultima nulla malis, Ib. 194. at mihi Persephone nigram denuntiat horam, Tibull. 3, 5, 5; veniens omni dum crederis hora, Claud. Laud. Stil. 2, 399. veniet narratibus hora tempestiva meis, Ov. M. 5, 499. dona praesentis cape laetus horae, Hor. Od. 3, 8, 27. interea medias fallunt sermonibus horas, Ov. M. 8, 651. u. vgl. VFlacc. 3, 417. vix quinque horis mediis, Eutr. 9, 23. dicere non norunt, quid ferat hora sequens, Tibull. 3, 4, 46. o utinam – venisset leto serior hora meo! Ov. Her. 11, 21. cultello percussus – intra paucas horas decessit, Vell. 2, 14, 1. honorem in paucas horas petenti dedit, Suet. Caes. 76. u. vgl. Quint. 10, 6, 1. secundum vero (consulatum) paucissimis horis gessit, Suet. Aug. 26; longo spatio ut brevis h. teratur, Lucr. 4, 179. levis h., Ov. M. 15, 181. saepe citae longis visae sermonibus horae, saepe fuit brevior, quam mea verba, dies, Pont. 2, 4, 11. it tacitis ratis ocior horis, VFlacc. 2, 60. licebit – somno et inertibus horis ducere sollicitae iucunda oblivia vitae, Hor. Sat. 2, 6, 61; bona nemini hora est, ut non alicui sit mala, Syr. 69. quid datur a divis felici optatius hora, Catull. 62, 30. laeva adduxerat hora Ticini iuvenem ripis, Sil. 7, 30. sed tibi vexatae per multa pericula vitae extremo veniet mollior hora die, Prop. 3, 24 (2, 28), 16. mitescet Caesaris ira, et veniet votis mollior hora tuis, Ov. Pont. 3, 3, 83. quo tam dubiae servetur spiritus horae? Prop. 3, 5 (2, 13), 29; — horae diei noctisque, MCap. 7, 737. libra die somnique pares ubi fecerit horas et medium luci atque umbris iam dividit orbem, Virg. G. 1, 208. quem lucis ad horas antra tenent, VFlacc. 3, 48. hora diei iam ad meridiem vergebat, Liv. 44, 36, 1. quum hora diei fere decima ad Saxa rubra venisset, Cic. Phil. 2, 31, 77. obiit – hora diei nona, Suet. Aug. 100. hora diei inter septumam et octavam, und: inter h. diei decumam et undecimam, Plin. 2, 70 (72), 180; quacunque vel noctis hora, Suet. Tib. 18. lege mundi Juppiter rupta roscidae noctis geminavit horas, Sen. Ag. 815. ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde inveniretur, Suet. Aug. 6. mediae quod noctis ab hora sedisti, Juv. 7, 222. noctis hora prima, Auct. BAfr. 70, 5. quum post horam primam noctis occisus esset, Cic. SRosc. 7, 19. u. vgl. Suet. Aug. 76. noctis secunda hora, Plin. 2, 70 (72), 180. audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum, u. audio circa h. sextam noctis clamorem concitatum, u. quaero circa h. octavam noctis, quid cet., Sen. Ep. 20, 5, 15 (122). ad horam somni, Suet. Dom. 21; — quandoque mihi fortunae adriserit hora, Petr. 153, 3, 12. ut horam quoque partus acceperit, Suet. Aug. 94. plus etenim fati valet hora benigni, quam cet., Juv. 16, 4. annum diemque ultimum vitae iam pridem suspectum habebat, horam etiam, nec non et genus mortis, Suet. Dom. 14. mortis vicinae properantes admovet horas, Lucan. 7, 50. summique gravem discriminis horam adventare palam est, 6, 415. neque enim ulla hora tui mihi est operis ignota, Cic. Att. 12, 5, 2. sub horam pugnae, Suet. Aug. 16. haec frementibus h. fatalis ignominiae advenit, Liv. 9, 5, 11. si paulo serius ad praedictam caenae horam occurrisset, Suet. Claud. 8. — Verbindungen: horaque semper praeterita deterior subit, Sen. Hipp. 777. tibi si qua mei veniet non inmemor hora, Prop. 1, 6, 35. grata superveniet quae non sperabitur hora, Hor. Ep. 1, 4, 14. nata fidelibus hora, Pers. 5, 49. current albusque dies horaeque serenae, Sil. 15, 53. neque enim consistere flumen nec levis hora potest, Ov. M. 15, 180. dum haec dicit, abiit hora, Ter. Eun. 2, 3, 49. dum mula ligatur, tota abit hora, Hor. Sat. 1, 5, 14. infectumque reddet, quod fugiens semel hora vexit, Od. 3, 29, 48. quamquam solida hora supersit ad sextam, Juv. 11, 205. quod permutatis hora recurrit equis, Petr. frg. 33, 6. non adiit apte, nec legit idonea, credo, tempora, nec petiit horamque animumque vacantem, Ov. M. 9, 611. hora momentumque temporis evertendis imperiis sufficit, Sen. Ep. 14, 3, 6 (91). et mihi forsan, tibi quod negarit, porriget hora, Hor.

Od. 2, 16, 31. solet hora, quod multi anni abstulerint, reddere, Syr. 471. ima permutat levis hora summis, Sen. Thyest. 598. auxerat hora metus (d. nächtliche Stunde), VFlacc. 2, 38. quum Romae essem et te iam iamque visurum me putarem, cotidie tamen horae, quibus exspectabam, longae videbantur, Cic. Att. 12, 5, 4. capiendo nulla videtur aptior hora cibo, Juv. 6, 581. tum mihi difficile est quam sit bene dicere quamque candida iudiciis hora sit illa meis, Ov. Pont. 3, 5, 51. perge, age, fer gressus: dexter deus horaque nostra est, Sil. 12, 193. eadem tunc h. manebit teque tuosque simul, 6, 509. idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset, Virg. A. 4, 679. auferet h. duos eadem, Ov. M. 8, 709; — nec horas dinumerari ibi, Plin. 2, 73 (75), 185. nec buccina dividat horas, Lucan. 2, 689. cur non pluribus curis horas partiamur? Quint. 1, 12, 4. garrula cum blandis dicitur hora dolis, Prop. 4 (3), 23, 18. rediit hora dicta, Phaedr. 4, 25, 19. nunc et campus et areae lenesque sub noctem susurri composita repetantur hora, Hor. Od. 1, 9, 20. iussa maturius hora semper venias, Ov. AA. 2, 223. cum dedimus somno quas corpus postulat horas, Pont. 1, 5, 47. datur hora quieti, Virg. A. 5, 844. iamque - lux aderat somnusque suas confecerat horas, Sil. 4, 88. nos flendo ducimus horas, Virg. A. 6, 539. fallunt sermonibus horas, Ov. M. 8, 651. horas vanus salutandi labor (trahit), Quint. 12, 11, 18. cum fuerit multis exacta trientibus hora, Prop. 4, 9 (3, 10), 29. horam eximere ullam in tali cive liberando sine scelere non possumus, Cic. Phil. 6, 3, 7. id quoque, quod tenetur, per manus exit et ipsam, quam premimus, horam casus incidit, Sen. Ep. 17, 1, 5 (101). quamcunque deus tibi fortunaverit horam, Hor. Ep. 1, 11, 22. detur nobis locus, hora cet., Sat. 1, 4, 15. ad primum lapidem vectari cum placet, hora sumitur ex libro, Juv. 6, 577; — nec mortale genus nec divûm corpora sancta exiguum possent horai sistere tempus, Lucr. 1, 1016. simul (sol) - primae spatium tepefecerit horae, Calp. 5, 31. mori iussis non amplius quam horarum spatium dabat, Suet. Ner. 37. horarum XII spatio, Caes. BG. 3, 12, 1. paria duodecim horarum intervalla, Plin. 2, 70 (72), 180. verum - tanti non est ingenium tuum, momentum ut horae pereat officii mei, Phaedr. 3. prol. 4. horae momento cita mors venit aut victoria laeta, Hor. Sat. 1, 1, 7. horae momento, Liv. 5, 7, 3. 25, 24, 19. 25, 28, 9. momentoque unius horae caesus Samnis, 9, 16, 9. ad epistolas omnes horarum quoque momenta - quibus datae significarentur, addebat, Suet. Aug. 50. tanquam sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horae - permutet dominos et cedat in altera iura, Hor. Ep. 2, 2, 172. brevitasque vetat mutabilis horae prolatare diem, Sil. 3, 141; — eodem die atque hora, Vell. 2, 18, 2. hac ipsa Seianum diceret hora Augustum, Juv. 10, 76. nec plena longior hora facta mora est, Ov. M. 10, 734. hora ante praesidium meum Pollentiam venit, quam cet., Cic. Fam. 11, 13, 4; — per totum hoc tempus subiectior *in* diem et *horam* invidiae noster, täglich und stündlich, Hor. Sat. 2, 6, 47. male'st tuo Catullo, male'st, me hercule! et laboriose et magis magis *in* dies et *horas*, Catull. 38, 3. vixit inaequalis, clavum ut mutaret in horas, Hor. Sat. 2, 7, 10. u. so Ep. 2, 1, 189. AP. 160. Virg. Ecl. 10, 73; aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto innumerabiliter privas mutatur in horas, Lucr. 5, 274. beneficium magnum sane natali dedit, ut exspectarem lanium in horas singulas, Phaedr. 3, 15, 13; ferner: primam somnus in horam, Hor. Ep. 1, 17, 6., daher: at ei, qui in horam viverent (in den Tag hinein), non modo de fortunis et de bonis civium, sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt, Cic. Phil. 5, 9, 25. vgl.: quid quisque vitet, nunquam homini satis cautum est in horas, auch nur auf eine Stunde, Hor. Od. 2, 13, 14; *in hora* saepe ducentos - versus dictabat stans pede in uno, Hor. Sat. 1, 4, 9. ego si semper haberem cui darem, vel ternas (epistolas) in hora darem, Cic. Fam. 15, 16, 1; quartana *ad horam* venit, Sen. NQ. 3, 16, 2; namque amplius *horam* suffixum in summa me memini esse cruce, Catull. 99, 3. horam amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur, Cic. II. Verr. 4, 43, 95. — b) insbes. ist hervorzuheben α) die Frage nach der Zeitbestimmung: hora quota est? Hor. Sat. 3, 6, 44. videt oscitantem iudicem, loquentem cum altero, nonnumquam etiam circulantem, mittentem ad horas cet., Cic. Brut. 54, 200. quem dicat venisse puer, quot nuntiet horas, Juv. 10, 216. tunc horas requirenti - sexta - renuntiata est, Suet. Dom. 16. — β) die dem Redner zugestandene Zeit zum Sprechen: ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam, Cic. II. Verr. 1, 9, 25. quum horas tres fere dixisset, odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare, Att. 4, 2, 4. ea res acta est, quum hora sexta vix Pompeius perorasset, usque ad horam octavam, und: hora fere nona quasi signo dato Clodiani nostros consputare coeperunt, QFratr. 2, 3, 2. — γ) die Angabe der Lage eines Ortes: id quidem in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim, d. i. nach Südost oder Südwest, Plin. 17, 11 (16), 84. Fortunatas contra laevam Mauretaniae in octavam horam solis (esse), nach Südwest, 6, 32 (37), 202. inter sextam horam primamque brumalem, zwischen Süd u. Südost, 3, 5 (6), 45. — δ) sprüchw.: de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato dictum est, „esse eum omnium horarum", Quint. 6, 3, 111. quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam urbis confestim detulit, codicillis quoque iucundissimos et omnium horarum amicos professus, Suet. Tib. 42; vgl. dagegen: illa eius cotidiana et plane omnium horarum et momentorum erant: quid cet., Claud. 40. — 2) im weiteren Sinne von einer begrenzten Zeit, jedoch nur im Zusammenhang od. bei näherer Bestimmung, dubiae spe pendulus horae, Hor. Ep. 1, 18, 110. qui mare ac terras variisque mundum temperat horis, Od. 1, 12, 16. arbor (mali Assyriae) ipsa omnibus horis pomifera est, Plin. 12, 3 (7), 15. dum terra per orbem saecula fertilibus Titan de-

curreret horis, Tibull. 4, 1, 50; — numquam te crastina fallet hora neque insidiis noctis capiēre serenae, Virg. G. 1, 425. incolumem tibi me praestant Septembribus horis, Hor. Ep. 1, 16, 16. an sidere mota secunda Tethyos unda vagae lunaribus aestuet horis, zur Zeit der Ebbe u. Fluth, Lucan. 1, 413; — has ubi genitalis anni stimularit hora, Plin. 9, 35 (54), 107. sub verni temporis horam, Hor. AP. 302. te flagrantis atrox hora caniculae nescit tangere, Od. 3, 13, 9. cum longae redit hora noctis, Sen. Herc. fur. 842. pecoris nunc hora creandi, Ov. F. 3, 241. qui recte vivendi prorogat horam, Hor. Ep. 1, 2, 41.

**hōraeus**, i, *m.* (ὡραῖος, zu rechter Zeit geschehend, vorzugsw.:) ein **rechtzeitig eingesalzener Fisch**, muraenam atque ophthalmiam, horaeum, scombrum et trugonum cet., Plaut. Capt. 4, 2, 70.

**hōrālis**, e, **einstündig**, spatium, Venant.

**hōrārium**, ii, *n.* (hora), eine **Uhr**, P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium (eine Wasseruhr), quod et ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas solarium coeptum vocari (eine Sonnenuhr), Censor. d. n. 23, 7.

**horconia** (vitis), eine Rebenart in Campanien, Plin. 14, 2 (4), 35; vgl. Col. 3, 2, 27.

**horctum** et forctum pro bono dicebant, PDiac. p. 102, 12.

**horda**, ae, *f.*, s. hordus.

**hordeāceus** od. **ordeāceus**, a, um (hordeum), **die Gerste betreffend, Gersten-**, farina, Cato RR. 157, 5. Plin. 30, 8 (22), 75. Pallad. 1, 29, 4. farrago, Col. 2, 10, 24 (od. 11, 1). 11, 2, 99. si-hordeaceus est (panis), Cels. 2, 29. pane hordeaceo uti, Plin. 22, 25 (65), 135. pira, die mit der Gerste reif werden, Gerstenbirnen, Col. 5, 10, 18.

**hordeārius** od. **ordeārius**, a, um (hordeum), **die Gerste betreffend, Gersten-**, candida (prunus), hordearia appellata a comitatu frugis eius, Plin. 15, 13 (12), 41. u. so: a tempore hordearia (pira), wie hordeacea p., 15, 15 (16), 55; — hordiarium aes, quod pro hordeo equiti Romano dabatur, u. zwar von unverheiratheten weiblichen Personen zur Unterhaltung der Pferde, PDiac. p. 102, 9. Gai. Inst. 4, 27. vgl. mit Liv. 1, 43, 9. Cic. Rep. 2, 20, 36; — antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro auctore adparet et gladiatorum cognomine qui hordearii vocabantur, Plin. 18, 7 (14), 72; — hunc eundem M. Coelius - ordearium rhetorem appellat, wegen seiner Aufgeblasenheit, Suet. Rhet. 2.

**hordēius**, a, um = hordeaceus, Plaut. Cas. 2, 8, 58.

**hordeŏlus**, i, *m.* (*Demin.* v. hordeum), ein **Gerstenkorn** am Auge, MEmp. 8. u. And.

**hordeum** od. **ordeum**, i, *n.*, die **Gerste**, in campo Tiburti, ubi hordeum demessuit, idem in montibus serit: ibi hordeum idem iterum metit, Cato frg. p. 13, 11. cogebantur Corcyra - pabulum supportare, quodque erat eius rei minor copia, hordeo adaugere atque his rationibus equitatum tolerare: sed postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque desectae cet., Caes. BC. 3, 58, 4 sq. panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur, 2, 22, 1. cohortibus, quae signa amiserant, hordeum dari iussit, Liv. 27, 13, 9. cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit, Suet. Aug. 24. u. vgl. Veg. r. m. 1, 13. demam hercle iam [tibi] de hordeo, tolutim ni badissas, Plaut. As. 3, 3, 116. unus (asinus) ferebat fiscos cum pecunia, alter tumentes multo saccos hordeo, u. diripiunt nummos, neglegunt vile hordeum (latrones), Phaedr. 2, 8, 2. u. 9. asello iussit reliquias poni hordei, 5, 4, 3. potui humor ex hordeo aut frumento, Tac. G. 23; — b. Dicht. im *Plur.* (vgl. Quint. 1, 5, 16): serite hordea campis, Virg. G. 1, 210. mandavimus hordea sulcis, Ecl. 5, 36. hordeaque ingenti foenore reddat ager, Ov. F. 1, 694. cum - fragili iam stringeret hordea culmo, G. 1, 316. vilia cum subigit manualibus hordea saxis, Calp. 3, 85. hordea - exue de palea tegminibusque suis, Ov. Med. fac. 53. u. hordea nuda, 56. infundet iumentis hordea lassis, Juv. 8, 154. ordea tum paleasque leves praebere memento, Nemes. Cyn. 293. misceri tosti iubet hordea grani, Ov. M. 14, 273.

**hordus**, a, um, vgl. fordus (vgl. *Corssen*, Ausspr. d. lat. Spr. I. p. 48), **trächtig**, quae sterilis est vacca, taura appellata, quae praegnans, horda: ab eo in fastis dies **hordicalia** nominantur, quod tunc hordae boves immolantur, Varr. RR. 2, 5, 6. u. vgl. PDiac. p. 102, 15. mit p. 82, 13.

**hŏria** od. **ŏria**, ae, *f.*, ein **Fischernachen**, Plaut. Rud. 4, 2, 5. 4, 3, 81. u. (oria) bei Aufzählung der verschiedenen Arten von Fahrzeugen erwähnt b. Gell. 10, 25, 5; als navicula piscatoria erklärt b. Non. p. 533, 20. u. als navicella modica piscatoria b. Fulg. expos. serm. antiqu. p. 561, 32. mit dem Fragment: malo hunc alligari ad oriam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima, Plaut. Cacist.

**hŏriŏla**, ae, *f.* (*Demin.* v. horia), ein **kleiner Fischernachen**, horiola advecti sumus usque aqua advorsa per amnem, Plaut. Trin. 4, 2, 100. u. b. Gell. 10, 25, 5. erwähnt.

**hŏrior**, hōri (Stammw. zu horitor, hortor), **antreiben, ermuntern**, prandere iubet horiturque, Enn. A. 409. b. Diom. p. 382, 21.

**hŏrĭtor**, āri (Intens. v. horior), **antreiben, ermuntern** (= hortor), horitatur induperator, Enn. A. 350. b. Diom. p. 382, 23.

**hŏrīzon**, ontis, *m.* (ὁρίζων), 1) der **Gesichtskreis, Horizont** (vgl.: illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt, Cic. Div. 2, 44, 92. hanc lineam, quae inter aperta et oculta est, id est hunc circulum Graeci horizonta vocant, nostri finitorem dixerunt, alii finientem, Sen. NQ. 5, 17, 3.), Manil. 1, 665. Macrob. Somn. Scip. 1, 15, 17 sqq. Sat. 7, 14, 15. Hygin. Astron. 1, 4. MCap. 6, 604. öft. — 2) die durch den Mittelpunct der Sonnenuhr gezogene Linie, welche den Mittagskreis in zwei gleiche Halbkreise theilt, Vitr. 9, 7 (8), 6.

**hormesion**, ii, *n.*, falsche Lesart st. hormiscion, was vgl.

**horminōdes**, is, *n.*, falsche Lesart st. hermu aedoeon, was vgl.

**hormīnum**, i, *n.* (ὅρμινον), das **Scharlach-kraut**, unter den Sommergetreidearten genannt b. Plin. 18, 7 (10), 49. u. Näheres darüber 18, 10 (22), 26. 22, 25 (76), 159.

**hormiscion**, ii, *n.* (v. ὁρμίσκος), der Halsbandstein, viell. das **gelbe Katzenauge**, Plin. 37, 10 (60), 168.

**hornōtĭnus**, a, um (hornus), **heurig**, **diesjährig**, hornotinae nuces virides sunt, Cato RR. 17, 2. praecipites palmites dicuntur, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur, Col. 5, 6, 33. plantae h., Arb. 30, 1. hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt, Cic. II. Verr. 3, 18, 45.

**hornus** od. **ornus**, a, um (= horinus v. hora; doch s. *Curtius* Grundz. d. griech. Etym. I. p. 323), **heurig**, **diesjährig**, si thure placaris et horna fruge Lares avidaque porca, Hor. Od. 3, 23, 3. palea porrectus in horna, Sat. 2, 6, 88. horna dulci vina promens dolio, Epod. 2, 47. spumat pateris hornus liquor, Petr. 133, 3, 16. illa dies hornis caedem denuntiat agnis, Prop. 5 (4), 3, 61; vgl. noch: si venies, Crotale, totus tibi serviet hornus, der ganze heurige Ertrag an Milch, Käse u. s. w., Calp. 2, 71. — *Adv.* horno, **heuer**, eventus rebus omnibu'st, velut horno messis magna'st, Plaut. Most. 1, 3, 3. u. vgl. Lucil. p. 61, 29. Varr. b. Non. p. 121, 10.

**hōrŏlŏgium**, ii, *n.* (ὡρολόγιον), die **Uhr** (Sonnen- od. Wasseruhr), über das Wesen derselben, Vitr. 9, 5 (8). über das Geschichtliche, 9, 6 (9). Plin. 2, 76 (78), 187. u. die Einführung derselben in Rom, Plin. 7, 60 (60), 213—215. (wo solarium horologium); horologium mittam et libros, si erit sudum, Cic. Fam. 16, 18, 2. facilius inter philosophos quam inter horologia conveniet, Sen. Lud. 2, 3. u. vgl. MCap. 6, 595. 609.

**hōroscŏpĭcus**, a, um (ὡροσκοπικός), 1) **die Stunden anzeigend**, vasa, Plin. 2, 72 (74), 182. — 2) **die Nativität betreffend**, Fulg. myth. 1, 12.

**hōroscŏpīum**, ii, *n.* (ὡροσκοπεῖον), das **Horoskop**, ein zur Nativitätsstellung gebrauchtes Instrument, Sidon. Ep. 4, 3.

**hōroscŏpo**, āre (ὡροσκοπέω), **die Nativität stellen**, Manil. 3, 296. Firmic. 5, 1.

**hōroscŏpus**, a, um (ὡροσκόπος), 1) **die Stunden anzeigend**, vasa, MCap. 6, 595. — 2) **die Nativität anzeigend**, subst. horoscopus, i, *m.*, das **Gestirn, in welchem Jmd. geboren wird**, geminos, horoscope, varo producis genio, Pers. 6, 18. sic erit ipse tibi rapidis quaerendus in astris natalis mundi certoque horoscopus ortu, Manil. 1, 504.

**horreārius**, ii, *m.* (horreum), der **Magazinverwalter**, Ulp. Dig. 9, 3, 5. §. 3. u. And. daselbst.

**horreātĭcus**, a, um (horreum), **dem Magazin zugehörig**, species, wie: Früchte u. dgl., Cod. Theod. 11, 14, 3.

**horrendus**, a, um, s. horreo.

**horrentia**, ae, *f.* (horreo), das **Schaudern**, Tert. adv. Marc. 4, 24.

**horreo**, horrui, ēre, **starren**, 1) eig., a) im Allg., α) mit *Abl.*, von etw. **starren**, **strotzen**, **erfüllt sein**, mit etw. **dicht besetzt sein**, sparsis hastis longis campus splendet et horret, Enn. Sat. 15. late ferreus hastis horret ager, Virg. A. 11, 601. nec galeis densisque virûm seges horruit hastis, G. 2, 142. disiecerunt phalangem, cuius confertae et intentis horrentis hastis intolerabiles vires sunt, Liv. 44, 41, 6. circum hos utrimque phalanges stant densae strictisque seges mucronibus horret ferrea, Virg. A. 12, 662. neque enim quivis horrentia pilis agmina - describit, Hor. Sat. 2, 1, 13. Hirpinaque pubes horrebat telis, Sil. 8, 569. adnoscit Acastum horrentem iaculis et parmae luce coruscum, VFlacc. 1, 486; — viperis horrent iubae, Sen. Herc. fur. 786. anguibus hinc atque hinc horrent cui colla reflexis, Auct. Cul. 220. horrere videns iam colla colubris, Virg. A. 6, 419. u. vgl. VFlacc. 6, 176. arrectisque horret squamis (serpens), Virg. A. 11, 754. insopor ecce vigil squamis crepitantibus horrens sibilat, Ov. Her. 12, 101. rutilum thoraca indutus aënis horrebat squamis (Turnus), Virg. A. 11, 487; — Sagana - horret capillis ut marinus asperis echinus, Hor. Epod. 5, 27. horrebant densis aspera crura pilis, Ov. F. 2, 348. rigidis horrent densissima saetis corpora, M. 13, 846. u. vgl. Auct. Laud. Herc. 109. rigidis horrentia saetis terga, Ov. M. 13, 428. villosa feris horrebant pectora saetis, Sil. 5, 441. horrens - saetis vellus, Ov. F. 5, 395. huic horret thorax Samnitis pellibus ursae, Sil. 4, 558. horrentes indutibus rigidis, Amm. 24, 2, 5; — mare cum horreret fluctibus, Att. 414. classibusque horrens fretum, Sen. Ag. 221. Romuleoque recens horrebat regia culmo, Virg. A. 8, 654. campos horrere situ, Claud. Rapt. Pros. 3, 37. subitus quum luce fugata horruit imbre dies, VFlacc. 2, 52. stant tacitae frondes inmotaque silva comanti horret verna iugo, 3, 403. horrebat glacie saxa inter lubrica - Apenninus, Sil. 4, 741. aeternoque rigore ardentes horrent scopuli (Aetnae), 14, 67. silvis horrentia saxa fragosis, Ov. M. 4, 778. semper locus horret egenis coetibus, Stat. Theb. 12, 495. nec mihi flammiferis horrent ibi pascua tauris, VFlacc. 7, 233; horrebant saevis omnia verba minis, Ov. rem. am. 664. — β) *absol.*, **starren**, **emporstarren**, - **stehen**, **sich sträuben**, **sich erheben**, bes. **horrens**, **starr**, **dicht**, **struppig**, **schauerlich**, erectus horret crinis, Sen. Herc. Oet. 708. saepe horrere sacros doluit Latona capillos, Tibull. 2, 3, 23. horrent opaca fronde nigrantes comae, Sen. Herc. fur. 689. eorumque - comae fluentes horrebant, Amm. 16, 12, 36. rettulit ille gradus horrueruntque comae, Ov. F. 2, 502. et setae similes rigidis hastilibus horrent, M. 8, 285. horrentibus quippe villis per totum corpus ingenti primum latratu intonuit, Plin. 8, 40 (61), 150. tristia per vacuos horrent absinthia campos, Ov. Pont. 3, 1, 23. ut mala culmos esset robigo segnisque horreret in arvis carduos, Virg. G. 1, 150. u. vgl. v. Bienen: aliae - turpes horrent - elucent aliae cet., 4, 96; — possetne uno tempore florere, deinde vicissim horrere terra? Cic. ND. 2, 7, 19. u. vgl.: campum horrentem fractis invertere glebis, Virg. G. 3, 161. motum-

que e sedibus aequor horruit, VFlacc. 2, 514. nec fera tempestas toto tamen horret in anno, Ov. F. 1, 495. — *PAdj.*: densantur campis horrentia tela virorum, Enn. A. 288. et stant loricae squamis horrentia tela, Sil. 1, 527. mille rapit densos acie atque horrentibus hastis, Virg. A. 10, 178. horrentes effingens crine galeros, Sil. 1, 404. Ligurum horrentes coni, 1, 628; — cana revinctus populo horrentem comam, Sen. Herc. Oet. 789. cuius horrentes comae maduēre nardo, Herc. fur. 468. u. vgl. Troad. 888. apud Suebos usque ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur, Tac. G. 38. cui deus arridens horrentes pectore setas vellicat, Calp. 10, 31. stetitque in limine barbis horrentibus nauta, Petr. 99, 5. qua per horrentes rubos tauri ferocis sanguis ostentat fugam, Sen. Phoen. 20. pascuntur - horrentesque rubos et amantes ardua dumos, Virg. G. 3, 314. magnorum horrentia centum terga suum (mittit), A. 1, 634. u. vgl.: horrens Arcadius sus, Lucr. 1, 25. habitus horrens, Sen. Hippol. 916; — hic natam in dumis interque horrentia lustra - nutribat, Virg. A. 11, 570. qui Tetricae horrentes rupes - colunt, 7, 713. superare immensa montium iuga et horrentibus scopulis gradum inferre, Plin. Pan. 81, 1. duris genuit te cautibus horrens Caucasus, 4, 366. tum silvis scaena coruscis desuper horrentique atrum nemus imminet umbra, 1, 163. classem in convexo nemorum sub rupe cavata arboribus clausam circum atque horrentibus umbris occulit, 1, 310. num mons horrentes demittat celsior umbras in mare, Ov. Hal. 88. — b) insbes., **starr sein, frieren, zittern, schaudern**, saepe etiam dominae, quamvis horrebis et ipse, algenti manus est calfacienda sinu, Ov. AA. 2, 213. horrenti tunicam non reddere servo, Juv. 1, 93. primi percussus nube soporis horruit (draco), VFlacc. 8, 81. pavido mihi membra timore horruerant stabantque comae, Ov. M. 7, 630. corpus ut inpulsae segetes aquilonibus horret, Her. 10, 139. cum colla feroces ad freta convertunt arrectisque auribus horrent quadrupedes, M. 15, 515; quis non totos horruit artus toties uno latrante malo? Sen. Med. 353; tertius horrentem zephyris laxaverat annum Phoebus, Stat. Theb. 4, 1. sunt quaedam loca, quae solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent, Col. 1, 4, 9. horruit algenti pergula curta foco, Prop. 5 (4), 5, 70. u. vgl.: sola pruinosis horret facundia pannis, Petron. 83, 10. — 2) übtr., *absol.*, **schaudern** (mit u. ohne animo od. mente), neben Synon.: totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam aspexi hanc, Ter. Eun. 1, 2, 4. horret tantis advena monstris populique timet bella recentis, Sen. Oed. 742. utque columba suo madefactis sanguine plumis horret adhuc avidosque timet, quibus haeserat, ungues, Ov. M. 6, 529. horreo atque animo tremo, Sen. Ag. 883. pavet animus, horret, Med. 671. praecipitat pigrum formido Booten: horruit Orion: audito palluit Atlas hinnitu, Claud. Rapt. Pros. 2, 191. u. vgl. BGild. 7. horrueram tacitoque animum pallore fatebar, Ov. F. 6, 19; — haud equidem horrui, cum cet., Sen. Herc. fur. 415. scilicet horreres maioraque monstra putares, si cet., Juv. 2, 122. qui quum fana spoliasset —, non horreret animo, quum cet., Cic. Dom. 55, 140. horruit illa cadens, VFlacc. 3, 171; — sensit introitus tuos domus et nefando tota contactu horruit, Sen. Thyest. 153. Caspia regna responsis horrent divôm, Virg. A. 6, 799. horret animus cogitatione rei, Curt. 9, 24 (6), 12. — Mit *Accus.* od. objectiver Erweiterung, aus Furcht od. Abneigung vor Jmdm. od. Etw. **schaudern, zittern, fürchten, grauen**, Ggstz.: negat improbus et te negligit aut horret, Hor. Ep. 1, 7, 64. u. Synon.: an te, genitor, cum fulmina torques, nequiquam horremus caecique in nubibus ignes terrificant animos? Virg. A. 4, 208. te Libyci stupuēre sinus: te maximus Atlas horruit, imposito cum premerēre polo, Claud. Rapt. Pros. 2, 46. quod ipse custos carceris diri horreat, quod moestus Acheron paveat, ad cuius metum nos quoque tremamus, Sen. Thyest. 16. detestor omnes (feminas), horreo, fugio, exsecror, Hipp. 567. Oed. paterna repetam regna, sed matrem horreo. Sen. metuis parentem, quae cet., Oed. 793; — numquam custodibus illis nocturnum stabulis furem incursusque luporum aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos, Virg. G. 3, 406. dives amicus saepe decem vitiis instructior odit et horret, Hor. Ep. 1, 18, 25. ut non illam, quam laudibus effert, horreat inque diem septenis oderit horis, Juv. 6, 183. u. so: alqm., 3, 265. Lucan. 1, 576. Auct. Cul. 329. 370. Sen. Agam. 548. Troad. 539. Petron. 123, 241. ursaque conspectos in montibus horruit ursos, Ov. M. 2, 494; — horreat Aeneadas et primus et ultimus orbis, Ov. F. 1, 717. horruit immensum Ponti latus, horruit omnis Hiber, VFlacc. 5, 166. non duces saevos miseranda tellus horreat, Sen. Herc. Oet. 1590. tunc virgatas India tigres decolor horreat, Hippol. 345. u. vgl.: quaeque procelloso Cephaloedias ora profundo caeruleis horret campis pascentia cete, Sil. 14, 252; — horret adflictam quoque (urbem), Sen. Troad. 24. horretque domos Medea silentes, VFlacc. 7, 381. neque horret iratum mare, Hor. Epod. 2, 6. tranquillas etiam naufragus horret aquas, Ov. Pont. 2, 7, 8. navita - ventos horret iniquos, Am. 2, 11, 25. siquis borean horrere solebat, Ov. F. 2, 147. horrere incendia, Juv. 3, 7. nec vanos horret strepitus, Virg. G. 3, 79. quisquis avidorum feros rictus leonum et dira Furiarum agmina - horres, Sen. Thyest. 77. omnes, ecce, cibos et nostri pocula Bacchi horreo, Calp. 9, 43. quod tempus animo semper ac mente horrui, Sen. Agam. 226. ipsumque quis non Herculis somnum horruit, Herc. fur. 1155. ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem praesentia eius excuteret, Curt. 7, 33 (8), 4. imbecillius horrent dolorem et reformidant, Cic. Tusc. 5, 30, 85. fragilitatis humanae vices horret, Plin. Pan. 27, 1. pauperiem - horres, Hor. Sat. 2, 5, 9. onus horret, Ep. 1, 17, 39. nec mortem horremus, Virg. A. 10, 880; — nihil habet mors, quod sit horrendum, Cic. Tusc. 2, 1, 2. quae mehercule ego, Crasse, quum a te tractantur in causis, horreo

soleo, dOr. 2, 45, 188. non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, ut cet., Quint. 12, 7, 1. obiicite me fluminibus et beluis, quorum nomina horretis, Curt. 9, 11 (2), 33. saeva quod horrebas prisci praecepta parentis, Catull. 64, 159. horruit Calchas suae responsa vocis, Sen. Agam. 167. nutum divitis horret, Hor. Ep. 1, 18, 12. ut Latios non horreat India fasces, Lucan. 7, 427. u. vgl. so Claud. Epist. 5, 4. meritas postquam dea coniugis iras horruit, VFlacc. 2, 99. quod - absentis Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent, Caes. BG. 1, 32, 4. qui igitur, quum esses cum imperio, iam tum crimen et iudicium horrueris, Cic. II. Verr. 5, 29, 74. ingrati animi crimen horreo, Att. 9, 2, 2. deorum tamen horrent (conscientiam), Fin. 1, 16, 51; — mit *Inf.*: animus meminisse horret luctuque refugit, Virg. A. 2, 12. horret nunc reminisci, Amm. 29, 2, 15. fari horreo, Sen. Oed. 621. quod quidem sacrificium - nemo vir aspicere non horruit, Cic. Har. resp. 17, 37. eritque dies, tua quo - fata audire horrebunt a te calcata minores, Sil. 6, 549. u. vgl. 14, 670. quando ipsum horrebat adire, Virg. A. 11, 636. illum, quo laesa est (cymba), horret adire locum, Ov. Trist. 1, 1, 86. manusque vestras non horrebitis ammovere nobis? Catull. 14, 26; pro vana imagine imperii, quod gererent, veram iustamque mox in se versuram potestatem horrebant, Liv. 28, 25, 3; — mit folg. *ne*: eo plus horreo, ne illae magis res nos ceperint quam nos illas, 34, 4, 3; — mit *Relativ*satz: quid ferat, mente horreo, Sen. Oct. 438. u. vgl. vs. 821. quem ad modum accepturi sitis - horreo, Cic. Phil. 7, 3, 8. nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsus eruptura sit (res publica), horreamus, Att. 2, 21, 1. — *PAdj.*: horrendus, a, um, **Schauer erregend, schauerlich, schauervoll**, h. Sibylla, Virg. A. 6, 10. oculos horrenda in virgine fixus, 11, 507. u. vgl. VFlacc. 5, 221. portitor has horrendus aquas et flumina servat terribili squalore Charon, Virg. A. 6, 298. iuvenis Parthis horrendus, Hor. Sat. 2, 5, 62. concilium horrendum (die Aetnaei fratres), Virg. A. 3, 679. qui (draco) crista linguisque tribus praesignis et uncis dentibus horrendus custos erat arietis aurei, Ov. M. 7, 150. horrendum et dictu video mirabile monstrum, Virg. A. 3, 26. monstrum horrendum, ingens (die Fama), 4, 181. monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum (Polyphem), 3, 658; — horrendum chaos, VFlacc. 2, 87. tellus horrendave Syrtis, Tibull. 3, 4, 91. hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat, Virg. A. 3, 559. rupes horrenda, VFlacc. 1, 580. silva erat Ciminia - invia atque horrenda, Liv. 9, 36, 1. tectum angustum, ingens - horrendum silvis et religione parentum, Virg. A. 7, 170. specus h., 7, 568. ripas horrendas et rauca fluenta transportare, 6, 327. litora, VFlacc. 4, 606. ingentes humeros spatiosaque pectoris ossa protulit horrendosque toris informibus artus, 4, 244. oraque corticibus sumunt horrenda cavatis, Virg. G. 2, 387. truces horrendasque imagines obiectas excoctasque flammis (cernere), Plin. Pan. 52, 5. horrendis infamia pabula sucis conterit, Ov. M. 14, 43. longe - a ceteris odoris horrendi, Pallad. 1, 18, 1; exterret animum noctis horrendae sopor, Sen. Troad. 440. u. so: nox, Ov. F. 6, 141. saevit (Aufidus) horrendamque cultis diluviem meditatur agris, Hor. Od. 4, 14, 27. iter horrendum, Ov. M. 14, 122; — sed me sonus aeris acuti terret et horrendo lotos adunca sono, Ov. F. 4, 190. vox horrenda, Virg. A. 9, 112. Ov. M. 7, 8. VFlacc. 1, 210. Sen. Herc. fur. 795. clamores simul horrendos ad sidera tollit, Virg. A. 2, 222. horrendaque sibila misit (serpens), Ov. M. 3, 37. h. stridore aures fatigabant (elephanti), Curt. 8, 45 (13), 10. Sibylla horrendas canit ambages, Virg. A. 6, 98. lex horrendi carminis erat, Liv. 1, 26, 6. cum multa horrenda moneret (vates), Virg. A. 3, 712; — id vero horrendum ac visu mirabile ferri, Virg. A. 7, 78. acta securae quoque horrenda menti, Sen. Herc. fur. 651. facinus h., Phoen. 363. h. nefas, Thyest. 89; — non dico horrendam rabiem, Hor. Sat. 2, 3, 323. leonis affliguntur horrendo impetu, Phaedr. 1, 11, 10. horrendasque vices generis dixisse priores, Grat. Cyn. 41. foeda dictu memoriaque horrenda in ipsius domo tempestas erupit, Vell. 2, 100, 2. ob reditum trepidantis adhuc horrendaque passi nuper - amici, Juv. 12, 15; — terras horrenda petivit (von d. Juno), Virg. A. 7, 323. ubicumque rotis horrendus equisve stas, VFlacc. 1, 678. horrenda late nomen in ultimas extendat oras (von Rom), Hor. Od. 3, 3, 45. — Mit *Supin.*: horrendus visu - Mezentius, Virg. A. 9, 521. pallor utrasque (Canidiam et Saganam) fecerat horrendas adspectu, Hor. Sat. 1, 8, 26. res horrenda relatu, Ov. M. 15, 298. horrendum dictu, Virg. A. 4, 454. 8, 565. — *Adv.*: arma horrendum sonuēre, Virg. A. 9, 731. u. vgl. Sen. Oed. 98. h. stridens (belua), Virg. A. 6, 288. h. stridens adducta sagitta, 9, 632. horrendumque intonat armis, 12, 700. u. vgl. Juv. 6, 485. saevit h. Mimas, Sen. Herc. fur. 981; auch im Plur.: horrenda circumsonantibus Alamannis, Amm. 27, 10, 10.

**horreŏlum**, i, *n.* (*Demin.* v. horreum), eine **kleine Vorrathskammer**, usus necessarii h. nulli nimis adpetendum (magis se probare), quam thesauros omnium insidiis et cupiditatibus expositos, VMax. 7, 1, 2.

**horresco**, ĕre (*Inchoat.* zu horreo), **zu starren anfangen**, 1) eig. a) mit *Abl.*, **starr werden, sich dicht zu besetzen anfangen**, horrescit telis exercitus asper utrimque, Enn. A. 385. atraque late horrescit strictis seges ensibus, Virg. A. 7, 525; bracchia coeperunt nigris horrescere villis, Ov. M. 2, 478. et tetigit summos virgā dea dira capillos, et pudet et referam - saetis horrescere coepi, 14, 278. u. vgl. Sil. 1, 422. — b) *absol.*, **emporzustarren**, **sich zu erheben anfangen**, arma rigent, horrescunt tela, Enn. 131. mollis horrescit coma, Sen. Agam. 712. segetes altae campique natantes lenibus horrescunt flabris, Virg. G. 3, 198. quaenam subitis horrescit turbida nimbis tempestas? Sil. 1, 134. quum subito mare coepit horrescere, Cic. Rep. 1, 40, 63. — 2) **zu schauern**, **zu zittern**, **sich zu fürchten an-**

privare, Mur. 40, 87. — b) concr. im Plur. von geehrten, angesehenen Leuten: in qua (causa) omnes honestates civitatis, omnes aetates, omnes ordines una consentiunt, Sest. 51, 109.

**honeste**, *Adv.*, s. honestus.

**hŏnestĭtūdo**, ĭnis, *f.* (honestus) = honestas, Att. 16. 501.

**hŏnesto**, āvi, ātum, āre, **ehren, schmücken, zieren, auszeichnen**, nec domo dominus, sed domino domus honestanda est, Cic. Off. 1, 39, 139. a quibus (equitibus) si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur et coli, Mur. 34, 70. ut filias eius auro, argento et gemmis honestaret, Vulc. Avid. Cass. 9. quem tu lacrimis primum –, mox templis honestasti, Plin. Pan. 11, 1. si summi et clarissimi viri Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt, Cic. Cat. 1, 12, 29. a quo (ordine) saepe magnificentissimis decretis sumus honestati, post red. in sen. 1, 2. vitae tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestatis, nemo est adsecutus, Cat. 4, 10, 20. me tanto honore honestas, Plaut. Capt. 2, 2, 106. u. so 2, 1, 50. u. non dignos homines honore honestatos videbam, Sall. Cat. 35, 3; quod – pluribus beneficiis honestarer, Apul. M. 7, 15; — honesta dicta factis, Plaut. Stich. 2, 1, 8. quorum exsequias honestavimus celebri potius laude quam luctu, Amm. 20, 5, 5; — quaecumque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, Cic. Off. 2, 6, 21; exornatio est, qua utimur rei honestandae et collocupletandae causa, confirmata argumentatione, AHer. 2, 18, 28. Paullus ille, cuius currum rex potentissimus quondam et nobilissimus Perses honestavit, Cic. Cat. 4, 10, 21. qui – mortem eius honestaret, Rabir. 9, 24; — quem vultus honestat, dedecorant mores, Claud. Laud. Stil. 1, 26. cultus opulentiae barbarae non alios magis honestabat, Curt. 3, 7 (3), 13. alium toga, sed non et arma honestarunt, Plin. Pan. 4, 5. haec famigeratio te honestet, me autem conlutilet, si sine dote duxeris, Plaut. Trin. 3, 2, 67; — armaque auro et argento distincta corpus rarae magnitudinis honestabant, Curt. 8, 44 (13), 7. u. vgl.: ingens corpus erat et arma honestabant, Liv. 26, 5, 16. aetas – omnia eius opera honestabat, Curt. 3, 16 (6), 19. formam pudor honestabat, 6, 5 (2), 6.

**hŏnestus**, a, um, 1) Ehre bringend = **ehrenvoll, ehrenhaft, ehrbar, anständig, schicklich**, u. als Folge des Anständigen u. Schicklichen: **schön, prächtig, reizend, herrlich, glänzend** u. dgl., u. subst. honestum = honestas, vgl. über Grundlagen, Quellen u. Begriff: honestum – totum est positum in animi cura et cogitatione, Cic. Off. 1, 23, 79. honestum, quod ducatur a conciliatione naturae, Zeno statuit finem esse bonorum, Acad. 2, 42, 131. honestum id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate sine ullis praemiis fructibusque per se ipsum possit iure laudari, und: omnia vera diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia, und: his tribus generibus honestorum notatis quartum sequitur et in eadem pulcritudine et aptum ex illis tribus, in quo inest ordo et moderatio: cuius similitudine perspecta in formarum specie ac dignitate transitum est ad honestatem dictorum factorumque, Fin. 2, 14, 45—48. quibus ex rebus (aus der pulcritudo, constantia, ordo) conflatur et efficitur id, quod quaerimus, honestum: quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum est, quodque vere dicimus, etiam si a nullo laudetur, natura esse laudabile, Off. 1, 4, 14. u. vgl. Acad. 2, 46, 140; über Collision mit dem Nutzen: neque honestum mihi neque utile ipsi virgini'st, Ter. Hec. 1, 2, 76. iudex honestum praetulit utili, Hor. Od. 4, 9, 41. nec dubito, quin hi – ne utile quidem, nisi quod honestum esset, existimarint, Quint. 3, 8, 1. utilia honestis praeferimus, und: saepe vero et utilitatem despiciendam esse dicimus, ut honesta faciamus, 3, 8, 3. u. vgl. honestas; über verwandte u. entgegengesetzte Begriffe: nihil hominem nisi quod honestum decorumque sit aut admirari aut optare aut expetere debere, Cic. Off. 1, 20, 66. et quod decet honestum est et quod honestum est decet, 1, 27, 94; vera et honesta, Sall. H. 3, 61, 13. Quint. 12, 1, 11; vita – recta et honesta et constans et naturae congruens, Cic. Fin. 5, 23, 66. omniaque alter pro altero suscipiet neque quidquam umquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit, Am. 22, 82. u. vgl. 21, 76. recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam, id est voluptatem, Fin. 1, 7, 25; si vobis aequa et honesta postulatio videtur, SRosc. 2, 7; neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo honestissimoque convicio, Fam. 12, 25, 2. oratori – omnis honesti iustique disciplina pertractanda, Quint. 12, 2, 1. nihil honestum esse potest, quod iustitia vacat, Cic. Off. 1, 19, 62. et ius et omne honestum sua sponte esse expetendum, Leg. 1, 18, 48. nos iustum, pium, religiosum ceteraque his similia honesto complectimur, Quint. 2, 4, 38. u. vgl. 12, 1, 28. neque quisquam parens liberis ut aeterni forent optavit, magis ut boni honestique vitam exigerent, Sall. J. 85, 49. amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit, 5, 5. fuēre complures novi et nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, 8, 1. u. vgl. 29, 2. 82, 2. honestum aut ipsa virtus est aut res gesta virtute, Cic. Fin. 5, 23, 66. u. vgl. §. 64. illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis neque a virtute divelli umquam potest, in iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo, similitudines honesti esse possunt, Off. 3, 3, 13; dagegen: multa, quae honesta naturā videntur esse, temporibus fiunt non honesta, Cic. Off. 3, 25, 95. quibus omnia, honesta atque inhonesta, vendere mos erat, Sall. C. 30, 4. u. so J. 31, 12. 80, 5. exequi sententias haud institui, nisi insignes per honestum aut notabili dedecore, Tac. A. 3, 65. qui turpi secernis honestum, Hor. Sat. 1, 6, 63. honestumne id esset, de quo ageretur, an

